

Ouresiphoites Helviticus, sive itinera Alpina tria. In quibus incolæ, animalia, plantæ, montium altitudines barometricæ, cœli & soli temperies, aquæ medicatæ, mineralia, metalla, lapides figurati, aliaque fossilia, & quicquid insuper in natura, artibus, & antiquitate, per Alpes Helviticæ & Rhæticas, rarum sit, & notatu dignum, exponitur, & iconibus illustratur / authore Johanne Jacobo Scheuchzero.

Contributors

Scheuchzer, Johann Jakob, 1672-1733.

Publication/Creation

Londini : Impensis Hentici Clements ..., 1708.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/t7q455uz>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>





1000

46982/B




Melchior Füsslinus Figur.

pinx.

Jos. Nutting Lond. Sculp.

JOHANNES JACOBUS
Med.D.Helvetio-Tigurinus
Cur. dictus ACARNAN



SCHUCHZERUS
SOC.Reg.Lond.et Acad.Nat.
Nat. IV. Non. Aug. 1672.



JOHANNES ACORUS
Med. D. H. b. v. e. J. g. r. i. n. a. s.
S. C. H. R. I. C. H. T. E. R. I. S.
S. O. C. I. E. T. A. T. I. S.
S. E. C. T. I. O. N. I. S.

86980
ΟΥΡΕΣΙΦΟΙΤΗΣ HELVETICUS,

S I V E

ITINERA ALPINA

Tria : In Quibus

Incolæ, Animalia, Plantæ, Montium Altitudines Barometricæ, Cœli & Soli Temperies, Aquæ Medicatæ, Mineralia, Metalla, Lapidés Figurati, aliaque Fossilia; & quicquid insuper in Natura, Artibus, & Antiquitate, per *Alpes Helveticas & Rheticas*, rarum sit, & notatu dignum, exponitur, & Iconibus illustratur.

Authore

JOHANNÉ JACOBO SCHEUCHZERO,
Med. Doct. *Tigurino*, & Societatis Regiæ *Londinensis* Socio.

IMPRIMATUR,

IS. NEWTON, P. R. S.

L O N D I N I:

Impensis *Henrici Clements*, ad Insigne *Lunæ Falcatæ* in Cœmeterio *D. Pauli*, Anno MDCCVIII.

OPUSCULUM DE HELVETICIS

SIVE

ITINERA ALPINA

Tra: in Quibus

Incola, Animalia, Plantae, Montium Al-
titudines Barometrica, Caeli & Soli Temperies
Aque Medicae, Mineralia, Metalla, Lapides Fi-
gurati, aliisque Fossilia; & quaedam insuper in
Natura, Artibus, & Anecdota per Alpes Hel-
veticae & Rheticae, rariis in, & notari dignum,
exponunt, & locis illustrant.

Autore

JOHANNI JACOBO CHEUCHZERI
Med. Doct. Tigurino Societatis Regiae Lond.
imperio Socio.

IMPRIMATUR

J. S. NEWTON P. R. S.

LONDINI:

Impensis Henrici Clementis, ad insignem Lane Palatae in Gernio.
tertio D. Pauli, Anno MDCCVIII.



OYPEZIFOTHE

HELVEVICUS

21VE

ITINERIS ALPINI

Descriptio Prima

ANNO MDCCII

Auctore

JOHANNI JACOBO SCHENKERO
Med. Doct. Tiguri, et Societatis Regiae Lince-
nensis Socio.



LONDINI Anno MDCCVII

ΟΥΡΕΣΙΦΟΙΤΗΣ
HELVETICUS,
SIVE
ITINERIS ALPINI
Descriptio Prima
ANNO MDCCII.

Authore


JOHANNE JACOBO SCHEUCHZERO,
Med. Doct. *Tigurino*, & Societatis Regiæ *Londinensis* Socio.




LONDINI, Anno MDCCVIII.

Iter. 1.

PERILLUSTRI
SOCIETATI REGIAE —
LONDINENSI. —



Sumptibus D. Isaaci Newton Equitis Aurati, Societatis Regalis Praesidis, &c.



PERILLIUS TRI
SOCIETAS REGIAE
LONDINENSIS

Amplius D. Isaac Newton Episcopus Cantuar. Praesidentis Regiae Societatis

PERILLUSTRI

SOCIETATI REGIÆ

LONDINENSI

S. D.

Johannes Jacobus Scheuchzerus,
Med. Doct. Tigurinus.

PERILLUSARI

SOCIETATI REGIAE

LONDINENSIS

S. D.

Johannes Jacobus Scheuchzerus
Med. Doct. Tigurinus.

ITER ALPINUM PRIMUM.

ΣΥΝΘΕΣΙΣ.

Constitui posthac, quamdiu mihi vita divinitus concessa ^{Propositi Ges-}
fuerit, quotannis montes aliquos, aut saltem unum, ^{neriani-}
conscendere, cum in suo vigore Plantæ sunt, partim
earum cognitionis, partim honesti corporis exercitii,
animique delectationis gratiâ. Quanta enim voluptas, quanta sunt,
putas, animi, ut par est, affecti delicia, montium moles immensas
spectando admirari, & caput tandem inter nubes attollere? Nescio
quo pacto altitudine stupendâ mens percellitur, rapiturque in sum-
mi illius Architecti considerationem. Quibus verò socors est ani-
mus, nihil mirantur, domi torpent, non prodeunt in Mundi Thea-
trum, latitant in angulo, ut glires per hyemem, non cogitant homi-
num genus in mundo constitutum esse, ut ex ejus miraculis majus
quidpiam summum ipsum colligeret Numen. Tantâ laborant igna-
viâ, ut tanquam sues semper in terram aspiciant, nunquam
ore sublimi cælum intueantur, erectos nunquam tollant ad si-
dera vultus. Voluentur igitur illi in luto, lucro & illiberali-
bus studiis attoniti (addicti) jaceant. Sapientie studiosi pergant
terrestriis hujus Paradisi-spectacula corporis animique oculis contem-
plari, inter quæ minimè postrema sunt edita præruptaque montium
fastigia, inaccessa præcipitia, ad cælum tendens laterum immanitas,
rupes arduæ, opacæ sylvæ. Ita Epistolam de Montium Admiratione
opusculo de Lacte & operibus Lactariis præfixam inchoat magnus
ille Polyhistor Helvetus Conradus Gesnerus, cujus memoria sicuti
toti orbi Literato Medico est grata, ita mihi singulariter exculta.
Constitui & ego, alumnus Musarum, quæ amant bicipitem Parnas. ^{Et proprietas}
sum, Heliconis amœnitates, Aonumque & Pierie Cæcumina, vesti-
gia Gesneri non expressurus, sed secuturus, tum Helveticæ Naturæ ^{tio, as.}
miranda in genere, tum, & in specie Montium curiosa quæcunque
lustrare, rimari, & ita describere, ut inde in Patriam, Eruditamque

Iter Alpinum Primum.

orbis curiosi Rempublicam si non speratus, aliquis saltem redundet usus. *Constitui* arduum hoc, & plenum sudore, opus humeris meis suscipere, proprio quidem, & innato veluti instinctu motus, sed comprimis Authoritate *Amplissimi Magistratus Tigurini* publicâ, quâ hoc quicquid est cœpti protegatur, suffultus. *Constitui* tandem Vobis, ILLUSTRÉS Dignitatibus & Scientiis VIRI, quos pro Historiæ Naturalis primis & præcipuis Cultoribus veneratur Orbis, Relationem hanc de successu *Itineris Alpini* offerre, modum observandi materiamque ipsam à Vobis petere, methodum hancce meam perspicacissimo Vestro Judicio submittere, ad id veluti Cynosuram meas actiones corrigere paratus.

Executio.

Ut effectui darem rem animo digestam, selegi, locum daturus dicto illi sapientis *Pittaci* Mitylenei, *ὑπεραρεταστῆρος* Augustum Mensam, collectioni tum Phantarum, tum seminum, præ aliis aptiorem.


Tiguro discessi cum Fratre *Johanne* *ἰουάννου* pridie Nonarum, Lacu Tigurino vectus, & sequente mane ad Lacum (*Lachen*, pagus est Regionis ad Fines dictæ, *der Landschaft March*, primarius) benignè acceptus à Clariss. D. *Hegnero*, qui dono dedit

Pyrita æreus globosus.

Pyritam æreum globosum, auf der hohen Flasch im Weggithal reperiendum, de quo affirmavit, seum manu detentum Hamatitæ instar Hamorrhagiam sistere. Id genus Pyritæ passim in summitatibus Alpium reperiuntur, à Torrentibus eluuntur, ac deferuntur, aliquando etiam pro *Lapidibus Fulminaribus* obrunduntur, ut mihi ipsi contigit, ante aliquot annos Rhatiam peragranti. Sunt hi Pyritæ Alpini globosi, superficietenus asperi & inæquales, ferrugineo habitu plerumque vestiti, contracti autem plures exhibent strias à peripheria ad centrum undique tendentes, & argenteo aureove nitore splendentes. Conferendi fortè sunt *Pyritæ intus striati*, fere subrotundi, extrâ tuberosi, & interdum angulosi, in Anglia reperiundi, ab incolis *Rustballs* appellati, de quibus Celebrerrimus *Martinus Listerus* *Font. Medicat. Angl.* p. 20. Clarissimusque *Eduardus Luidius* *Lithograph. Brit.* p. 99. nec non *Lapides* illi *Insulæ Staritzo*, de quibus *Strauss.* *Itinerar.* p. 97. *das es seyen Steine als Limonen und Pomeranzen, sehr hart und schwer, als Eisen anzufassen, will man sie in Stukke Zerschlagen, so findet man darinn ein Gestalt eines Sterne, von Gold, Silber, gelber oder brauner farb.* Ignoscite, Illustrissimi Naturæ Consulti, quòd ex Alpibus Helveticis ad Vos usque, imò ad ultimas Europæ orientalis oras transfiliendo excurram. Ignoscetis autem facilè, quoniam Vobis ipsis curæ est atque usui Mineralia Synonyma undequè colligendi,




Tabl.

2



Imprimatur. Petrus. Thurner. Societas. Regia. Saxon.

Tab. I.



Sumptibus D. Francisci Aston, Armigeri, Societatis Regiae Socii, &c.

gendi, atque in iustum ordinem redigendi modus atque necessitas; utpotè quos minimè latet Mineralium, sine ordine & Lege sparsum errantium, finisterior (quàm Plantarum) conditio. Veniã à Vobis semel impetratã pedem longiùs protendo, relaturus, quid porro circa Pyritam præsentem; imò & alios, in montibus, Alpibusve Helveticis globosos etiam minores, Pisum, Piper rotundum, golosive saccharinos referentes in monte Legerio reperiundos, observavero. Est omnium superficies non sine regulã aspera & inæqualis, verùm in Pyramides nunc truncatas, nunc integras quadrangulares elevata. Judicate hinc, obsecro, annon huc trahi debeat *Sideritis* ille *Salmasij*, quem hisce verbis describit *Exercitar. in Solin. p. 773, 774. Habeo inter mea κεράλιε Lapidem ferrei coloris ac ponderis, pugni magnitudine rotundum, undiq; secus formis quadrangulis in mucronem turbinatis asperum: dices manu politas, & in levorem quadrangulum attritas, qua facie hodie teruntur ignobiles Adamantes, quos à Solo natali Alenconios appellamus. Sideritem nuncupari posse hunc Lapidem nullus dubito, ita planè splendorem Ferri exhibet ac pondus habet. Mirum prorsus natura $\phi\iota\delta\epsilon\chi\upsilon\mu\alpha$. Ex India alatus est. Lapidem Adamantis vocabat, qui mihi vendidit, propter illas fortassis quadrangulas facies, quòd ad illud instar pleriq; atterantur Adamantes. Nihil certè nostris Pyritis ad descriptionem deest, nisi quòd quadrangulæ illæ, vel pyramidales eminentiæ non sunt politæ, sed rubigine quasi oblitæ. Museo Civico Tigurino ex Brackenhofiano Argentoratensi illatus est *Pyrites totus ærugineus seu ferrei coloris, cujus protuberantiæ acuminatæ sunt, Diamantis instar. Ein rostfarbiger grobspissiger Marcasit, mit vorsich geschobenen bucklen, so spitzig sein, wie ein Diamant. Mus. Brack. p. 65.* qui prorsus etiam *Sideritidis Salmasiani, Pyritarumve nostratium* descriptioni convenit, ad pugni magnitudinem accedens. Vide *Tab. I. fig. I.**

Tab. I.

Donavit insuper laudatus *Dr Hegner Pseudadamantes* seu *Cry Pseudadamantes*
stallulos puriores Alpinos, qui nitore suo, & integritate, omnes enim *tes Alpini.*
 fere sunt $\alpha\mu\phi\acute{\eta}\kappa\omicron\upsilon\varsigma$, plurimùm se commendant; colliguntur *auf dem Kleinen Aubrig, in dem Trittweg.* Hic $\epsilon\iota\ \pi\alpha\beta\lambda\alpha$ annoto, hexagonam figuram solam minimè excludere crystallos ex Adamantum sobole, quum etiam Adamantes Indici, *Naifes & Naiffos* dicti, sunt *hexagoni, sed omnium præstantissimi, & durissimi, teste aet. de Lapid.* In his nostris *Pseudadamantibus* Alpinis magna conspicitur varietas hedrarum & angulorum. In plerisque sunt columnæ mediæ parvæ & breves, ut harum plana ad hedras pyramidum

mag-

Iter Alpinum Primum.

4

magnitudine non accedant, in aliis majores, ubique fermè inæquales. Vid. Tab. 1. fig. 2.

Ad Lacum vix horæ spatium morati accinximus nos ad conscensum montis *Klein Aubrig* sive *Albrig*, quem etiam hac die feliciter superavimus.

*Spreitenbach
Torrens.*

Haud longè à pago fluit ex montibus vicinis *Torrens der Spreitenbach*, qui exundationibus suis magna sæpe prædiis infert damna.

*Lentes striatæ
lapideæ.*

Precipua & curiosa Observaciones hac die factæ spectant *Regnum Minerale*, & in hoc Lapidum Naturâ *Figuratorum* Historiam. Est, quod admirabundus vidi, mons *Klein Aubrig*, & ut audivi, ipse *Gross Aubrig*, totus quantus præcipuè in editioribus suis partibus, versus omnes plagas, imprimis orientalem, refertus *Lentibus illis striatis, utrinque convexis, vitreis figurâ similibus, in massâ lapideâ vario sub Schemate conspicuis*, quarum Anatomem non ita pridem exhibui in *Specimine Lithograph. Helvet.* p. 31. &c. Prima horum Lapidum indicia habuimus ad Torrentem *Gispiswiesbach*, à quo ad montis cacumen bihorij spatium major semper majorque est proventus. Inter alios hujus generis Lapides mirum quantum me delectavit Saxum *im langen Reinbach*, sex pedum in omni fere dimensione ab aquæ defluxu undique lævigatum, quod totum est Lentibus jam memoratis plenum, imò Naturæ penicillo tam pulcherrimè pictum, ut integram saxi superficiem Nummis conspersam dixeris. Contuli in citato Specimine Lapillos hosce Lentiformes cum *Numismali Lapide Transylvaniæ à Clusio in Nomenclat. Pannon.* notato, nec me in hac comparatione decepi. Exhibuit quippe, quod modò commemoravi, saxum, sed & plurima alia minora, figuras lentiformes, vel, si mavis, Nummulares, ob spirales suos tractus, ad Cornua Ammonis forte referendas, ejus præcisè magnitudinis, coloris, & structuræ, qualem præ se fert ipse Clusij Numismalis. Sunt omnes hi Lapilli massis suis petrosis ita firmiter impacti, ut non inde excuti queant, nisi in frustula diffracti. Ast circa *Æoliam* quandam *cryptam* collegimus Decades aliquot Lentium convexarum utrinque, & vinculis massæ lapideæ solutarum. De miro hoc Naturæ *γερνμασι* hoc insuper notari meretur, non solum convenire id cum *Fruментali Lapide Imperati*, sed eundem profus esse. Certior quippe factus sum, ex quo locum natalem ipse invisi, Lentes ab Anisi seminis magnitudine ad Daleri amplitudinem successivè ascendentes conspexi propius, aliosque Frumentaceos Lapides in Helvetiâ passim reperiundos contuli. Inveniuntur autem talismodi Figurata etiam in *Montis Fracti* scopulis,

palis, super locum *Widerfeld*; in *Montis Urtiaci* prope *Tigurum* petram retro speculam unicum aliquando reperi, indeque reportavi: Inter *Sarnam* & *Saxulam* pagos *Subsylvaniae* est via hisce Lapidibus strata. Matrix, cui insunt hae Lentescapulae lapideae, variat colore & consistentiâ. In eodem, quem nunc conscendimus monte, imò in eadem montis parte, in Torrente eodem sunt Matrices filiceae durissimae coloris cinerei, aliae flavescentes, aliae subrubrae, aliae viridescentes, Chrysocolla perfusa, durae quidem ipsae, sed porosae & leviores, aliae denique albae viridibus punctis conspersae. Aliquando ipsis his Lentibus intersperguntur *Lamellae Testaceae* petre factae, quin & possideo *Echinum lapideum* pulcherrimum Lentibus immersum. *Echinus lapideus.*

Præter Lentescapulas jam memoratas offendimus in nominato jam Tor-Pyrite. rente *Langen Reinbach Pectinitas* Chrysocolla lapideâ, quae satis copiosa ibi est, immerfos; imò & Testas lapideas seu petrefactas grandiorum *Ostrearum*, aliarumque *Concharum*; insuper ex Semi-metallorum familia *Pyritas* compressae globositatis, cylindricos etiam ferrugineo Cortice vestitos, *Bergbollen* Ductori Rhizotomo nostro dictos, quorum superficies non, uti in supra memoratis, in pyramides angulatas, verum in tubercula laevia attollitur, aliquando plana prorsus est, fructus varios & nucleos referens. Forsan est hic *Pyrita ferrei coloris*, quem fossores vocant *ein Eisenstein*, *nicht das es ein Eisenstein seye, sondern das er dem Eisenstein gleich ist.* *Encel. de Re Metallic. p. 30.* *Ferrens Marcasita* *Avi-senæ*, *Salmas. Hyl. Iatric. p. 232.* *Pyritas* tandem vidimus seu *Marcasitas* aurei coloris, faxis passim asperfas; Fluores item lamellares, flavescente colore tinctos, aliosque *Seleniticos* albos. *Testacea petre-facta.*
Fluores.

In Torrente *Gispiswiesbach* reperitur *Marga* pinguis coloris sub-nigri, in massas integras concreta. *Marga.*

Dum occupabamur colligendis Lapidibus Figuratis, obvenit *Radix nodosa* *Abietis* cava, pice annosa in lapideam fermè duritiem coacta, Lapide item subviridi albis punctis maculato, & *Pectinita* pregnante repleta; *Pechtasche* vocant *Alpicolae*, nec ineptè, includitur enim pix indurata cavo hujus Radicis veluti sacco seu *Marsupio* undique. *Pechtasche.*

In casa Alpina *die Sattelack Hutte*, à loco cognominata, prope montem *Klein Aubrig* instituimus *Experimentum Barometricum*, atque invenimus *Mercurij* delapsum 22 *Scrupulorum*, seu decimarum *Digiti Tigurini* partium, infra eam altitudinem, quam experti sumus in pago *ad Lacum*. Exinde collegimus *Altitudinem* *Montis*, ubi eramus, ascendere ad 176 *perticas*, seu 1760 *pedes* *Tiguri-* *Altitudines*
Montium Baro-
metro mensu-
ratæ.

Tigurinos, si perpendiculariter pago ipsi immineret. Sciendum autem me Tiguri ante discessum per iterata Experimenta comperisse, quod scrupulus unus repondeat octo perticis, five 80 pedibus; atque pro commendatione hujus Praxeos insuper notandum, posse effectuis dari, & facile quidem ope Baculi Barometrici portatilis hunc mensurandi modum, etiam ijs in locis, ubi Geometra non, vel maximo labore scopum assequitur.

Montes Vallis
Weggenfus.

In cacumine Montis observavimus situm sequentem Montium, qui omnes ad *Vallem Weggensem*, *Weggihal*, Territorij Suitensis pertinent; *der Kopsberg* versus Ortum; *der Gross Aubrig* versus Austr-Orient-Orientem; *der Gross Diethelm*, aliàs *Staffelwand* & *Klubberig* dictus, ad Meridiem; eundem cum hoc situm obtinet *der Saassberg*, *die Saafs* καὶ ἔξοχον dici quoque solitus, quem ante biennium conscendi, dum ex *Valle Silana* (*Silthal*) ad Glaronensem ditionem transivi. Aquil-Orientem præbet Mons *Niesleck*. Ex hisce montibus sunt imprimis scopulosi, & ob præcipitia horrida vix accessi *der Gross Aubrig*, & *Diathelmi* mons, in quo sunt Speluncæ subterraneæ duæ, *des Silberloch* & *Goldloch* nuncupari solitæ, quod inde reportaverint fossores ante aliquot annos venas *Argenti* & *Auri* luto immerfas. Præter hosce montes *auf der Satterleck* conspicuos, insuper sunt in *Valle Weggenfi die Zindlen*, ubi reperiuntur, teste *Hegnero*, Lapilli vel Fluores gemmei cubici rubri atque flavi opaci; porro *die Rederten, unter und ober Schwienalp, & Scharten*.

Terra rubra

A Monte *Klein Aubrig* descenditur *durch den schonen Bube!* in *Vallem Silanam*, ita dictam à *Sila* fluvio perfluente, qui postmodum *Tigurum* quoque alluit, & in *Limagum* suas aquas effundit. In colle monstrofo jam memorato est *Terra rubra*, quam pro *Bolo* forte usurpaverit Medicus. Per hanc vallem *Silanam* ducit via satis plana & jucunda ad *Divæ Virginis Eremum*, *Einsilden*, quò confluunt undique, veluti ad Anchoram sacram Pontificii, peccata sua confessuri, eorumque remissionem plenam reportaturi.

In hac *Eremo* pernoctavimus, atque inde excurrimus in confortio amico Cl. D. D. *Josephi Francisci Wuerneri*, Reverendiss. Principis & Abbatis Medici ad casam *Alpinam*, Socero suo propriam, vasorum omni genere *Lactariorum* instructissimam, in qua processum examinavimus totius *γαλεργίας καὶ τυροποιήσεως*, peculiari recensione exponendum.

Fagus annosa
viridi colore
perfusa.

Iter nostrum profecuti pertransivimus Montem *Hacken* vel *Hoggen*, & inter ascendendum offendimus *Fagi* resectæ truncum imum annosum, pro vetustate in putrilaginem redactum, cujus magna

magna pars nativum suum colorem exuit, nec tamen foetidum, & obsoletum, putredini proprium assumpsit, verum, quod mirum mihi videbatur, & oculis jucundum, viridi pulcherrimo colore fuit perfusa, ac si viridi æris fuisset studio tincta & saturata; tinxit autem successive Natura ipsa, exaltato principio Vitriolico.

In summa Montis planitie est *Fons Sulphureus* frigidus muro Fons Sulphureus cinctus, tectoque coopertus, solatio Itinerantium destinatus, qui largos ex hoc fonte bibunt haustus, absque quod vel minimum inde sentiant incommodum. Terram habet hæc Aqua lutosam nigram, quæ gravi odore sulphureo nares ferit.

Hic ope Semicirculi Geometrici invenimus *Mitram minorem*, Mitra minor *die Kleine Mitte*, elevationem esse planitie, quæ transcendit solet, montosa 77 pertic. seu 770 pedd. Geometricis; ubi obiter monendum, *Mitram* montem, a figurâ ita dictum, duplicem esse, minorem unum jam memoratum, majorem alterum, *die Grosse Mitten*, utrumque ob præcipites scopulos fermè inaccessum. *Myd & Mitten* scribunt alij.

Irruit, dum eramus in montis *Hacken* summâ planitie, pluvia Mercurii lapsus nebulis ventosis per latera montium & infra horum vertices decur. in Barometro rentibus intermixta. Instituiamus interim ante & post pluviam post pluviam delapsam Experimentum nostrum Barometricum, atque observavimus Mercurium post pluviam delapsam fuisse tres scrupulos, manifesto indicio, quod fuerit ante pluviam casum Atmosphæra longè ponderosior.

Facto hoc Experimento descendimus aere sereno in Vallem subiectam, jucundo in Territorium Suitense, Subsylvanum, Lacus *IV* Civitatum Sylvestrium, & Laverzanum patente prospectu, & per *Suitiam*, (a quo *Suitiorum* pago primario Helvetii *Suicæri*, *Suitzeri*, *die Schweitzer* cognominantur) devenimus *Brunnam*, ubi statio est Navium in omnes Lacus Lucernensis partes excurrentium. Conductâ mox navi vecti sumus Lacu tranquillo ad *Saxum*, *Flüe*, ubi extremus est Lacus quatuor Civitatum Sylvestrium Portus: Inde per semihoræ spatium venimus *Altorffium*, qui Utaniorum primus est Pagus, *Uri*, *Ury* hinc dici consuetus. In Lacu ipso Hacken montis exhibuit nobis Barometrum montis *Hacken* altitudinem, in aeris altitudo. temperatura pluviam præcedanea, 180 pert. in consecutanea autem 160. & sic *Mitræ Minoris* 257 & 237.

Altorffii vidimus apud Præfectum Militiæ *Uriensis* (*Landshauptman* vocant) *D. Schmidium*, Virum Helvetico candore inclytum, & Admirandorum Naturæ Cultorem curiosum, varii generis *Cry:*

Crystalli, & vena metallica *Crystallos & Metallicas mineras, ex summis Alpium Uriensium jugis ad ipsum delatas; quas inter potissimæ erant Crystalli majores primo intuitu nigræ, quæ tamen lumini objectæ in fusca nigredine aliquatenus pellucunt, (tales etiam effodiuntur ex Bernensium montibus prope Thunum oppidum;) aliæ etiam, in quibus Antimonium crystallisatum nigrum conspicitur; alia digitum circiter crassa, duos lata, & quatuor alta, monticuli instar è radice surgens, pyramidibus hexagonis utrinque scopulorum ad modum prominentibus conspicua. Tab. I. fig. 3. Aderant item venæ Argenti, Æris, Plumbi, Talci, Crystalli seu Selenitæ Rhomboidalis, quarum loca natalia non constant.*

Lacus in Civ. Sylv. extremus sinus. De Lacus IV Civitatum Sylvestrium extremo Sinu, qui Uriensi Territorio cingitur, hoc adnotavi, quod *Brunna Saxum* navigantibus à dextro latere conspiciantur *der S'Eulisberg; Bauenberg; Gitschen, Gitschenberg, Gitschenstock;* à sinistro *der Morchelsberg; Fronalp; Bucki; Axenberg.*



Profunditas De Lacuo ipso retulerunt Nautæ, profunditatem inter *Brunnam & Saxum* bolide demissâ exploratum fuisse ad 250 & 300 orgyas. Ad 120, & 130, nec ultra ascendit *Cysat. Beschreib des Lucern. See, p. 18.*

Rivus temporarius. Haud longè à Saxo, *Flüe*, defluit ex Lacu montano *Alpelenfi, Alpeler Seelin*, rivus temporarius *der Milchbach*, à colore dictus, mensibus Junio & Julio.

Bamberg mons. Ad orientalem Altorffini Pagi plagam erigitur mons præceps sylvofus, dictus *Bamberg*, forte *Banberg*, quia nemini Incolarum licet arbusculam inde, nedum Abietem excelsam decidere, sub pœna gravi, ne forte Arbores Lapidisque delabentes ruinam domibus ac stabulis, necemque hominibus atque pecoribus inferant.

Alpes Surinenses. Altorffo devenimus per vallem Alpinam *Waldnacht* ad montis altissimi verticem *auf Eck*, item *auf Sureneneck* dictum, ad quem itur per quinquehorium circiter ab Uriensium pago, continuo fere ascensu, & per nivem quidem ultra horæ spatium; gavisi multum aspectu Plantarum omnis generis Alpinarum, etiam rarissimarum, Catarrhactarum item nivofarum, ex scopulis editioribus cum strepitu delabentium, speciatim ex monte *Z'allen Winden*, ab omnium Ventorum concursu ita dicto. In ipso montis vertice expositi fuimus pluvie frigidissimæ, ventisque nivofis, medias inter nubes, quæ gelido nos affecerunt frigore, ut diu ibi persistere non licuit, imò vix Barometrum nostrum adaptare. Ab altero Jugi summi latere statim obveniunt *Alpes Surenenses, die Surner oder Surenen alpen*, proventu herbarum & pascuorum fecundissimæ, quæ præter herbosas plures jugorum summorum protensiones montosas, *Plancken, Blanggen,*




Tabl.



Vertical handwritten text, possibly a label or reference number, oriented vertically on the right side of the diagram.

Handwritten text at the bottom of the page, likely a signature or title, oriented horizontally.

Tab. II.



Perticæ Figurine 10.

Blanggen, dictas, ingentem pecoris copiam alunt, & ad Urios adhuc pertinent. Circumdantur hæ undique scopulis præruptis, qui vix Rupicapris & Venatoribus sunt accessi; & parte sua meridionali, præter copiosam nivem, eamque perpetuam, sustinent *Rupes glaciales*, *Firn* dictas, dilute cœruleo colore conspicuas. *Rupes Glaciales.*

Per mediam hanc Vallem Surensensem Alpinam fluit Torrens, *der Stierenbach* dictus, ortum trahens ex Lacu montano, *dem Surenem Seelein*, memorabilis certè propter Historiam, aut, si mavis, Fabulam, quæ ex communi Alpestris Gentis tam Uriensis, quàm Angelimontanæ traditione hoc modo se habet. Fuit, ut referant, ante aliquot centenorum annos Alpicola, qui ex omni sua grege præcipuè deamavit Ovem quandam, & ita quidem, ut, quod horrendum auditu, eam Christiano nomine dignam judicaverit, atque baptizaverit. Quid fit? singulari DEI judicio transformatur Ovis hæcce in Spectrum horrendum, quod totam & herbarum quidem proventu ditissimam Alpem ita devastavit, diuque noctuque peragravit, ut omnem inde depulerit pecudem, Alpemque Angelimontanis, ad quos tunc pertinebat, infructuosam reliquerit. Uriis consilium impertit Magus, (*ein fabrender Schuler*) Dæmonem fugatorem dixeris an amicum? in subterraneo Salmanticensis Academiae Lycæo forte artem suam edoctus, (vid. in *Wagenseil. Per. Furen. Synops. Geograph. p. 101.*) ut Vitulum enutrient per novennium Lacte, primo anno à Vaccâ unicâ, secundo à duabus, tertio à tribus, & ita deinceps, novenario autem elapso Bovem Lacte nutritum educant in Alpem per Virginem illibatam. Dederunt consilium hocce effectui Urij spe remunerationis allekti, atque Bovem per Virginem duci jufferunt ex Alpe *Waldnacht* (ubi etiam nunc ostenditur casa, Bovis stabulum, *der Stierengaden* dictum) trans summi montis verticem. Bos hoc jugo superato sibi relictus occurrit Spectro, cum hoc pugnam inquit tam ferocem, ut victo Dæmone sudore defluens ex rivulo, *der Stierenbach* inde cognominato, summo cum ardore aquam ingurgitaverit, mortemque inde sibi consciverit, imò vestigia unguularum posteriorum Lapidibus ipsis impresserit. Cui fabulosum nimis videtur hoc quicquid est Historiolum, ei monstrant Alpicolæ etiamnum saxa ipsa cum impressis, si Diis placet, unguularum vestigiis, quæ curiositatis ergò probè aspexi, & delineavi, ut *Tab. II. Fig. 1. & 2.* exhibent. Tradunt, qui ex *Tab. II.* Uriis fidem fabulosæ huic Historiæ dant, Angelimontanos, Alpium Surensium primos Dominos, propter earum usum à Spectro ipsis disputatum, illas tanto facilius, & vel sponte sibi concessisse, vel nullo aut vili pretio vendidisse; quum tamen ex Instrumentis

Ann. 1472. 1474. & 1515. erectis constat, Urios junctim cum Angelimontanis possedisse, de quibus nunc sermo est, Alpes, hos quidem partem Septentrionalem, *die Sommerliche Seite*, illos Meridionalem, *die Winterliche*, usque ad casam Cœnobialem, *die Herren riiti*, verùm commoditatis majoris ergò in annis citatis ita inter se commutasse, ut Uriensi Territorio posthac adjudicetur Alpium Surensium pars tota superior, Angelimontano verò Cœnobio subsit inferior. Quid ante peractum fuerit, quàm memorata Diplomata fuere extracta, experiri hæcenus non licuit.

Montis Surensium
Altitudo, &

Altissimi Montis Surensis dimetiendi ergò instituimus medias inter nubes pluviosas Experimentum Barometricum, atq; vidimus Mercurium in culmine montis descendisse infra altitudinem in Diversorio Altorffino observatam 4 dig. 1 scrup. & hinc, suppositâ eadem in imo & summo temperie Aeris, totam altitudinem computavimus 328 pertic. vel 3280 pedd. Engelbergæ observavimus Mercurium delapsum esse infra Altorffi altitudinem ad 31 $\frac{1}{2}$ Scrup. seu 252 pert. indeq; conclusimus Vallem Engelbergensem elevationem esse Uriensi 76 pertic.

Valle Angelimontana.

Colica spasmodica

In Angelimontano Cœnobio detinuit me per binas Septimanas Humanitas summa Reverendiss. Abbatis JOACHIMI, sed & Amor & Necessitudo Reverendiss. Patrum & Fratrum. Commoratus autem ibi fui, ut opem ferrem Conventualibus *Colicâ Spasmodicâ*, cum ardore vago per Artus & Corpus integrum ruente, aliisq; mali moris Symptomatibus, graviter decumbentibus. Historiam, quantum præsens institutum permittit, tantò lubentiùs infero, quòd Morbus sit admodùm rarus, curatu pertinax, totùmq; ferme corripuerit Monasterium, alios quidem aggressus fuerit citiùs, alios tardiùs, alios Mortis faucibus jam immiserit, alios lecto affixos teneat etiamnum, reliquis timorem incusserit haud levem, imò dolorosis quibusdam præludiis jam reipsa affecerit. Accedit, quòd originem malo tam diro dederint res ubivis obviæ, quæ si minùs attendantur, magna ut plurima damna familiis integris aliis inferre possunt. Nemo, opinor, ægrè feret, si cursum meum Historicum ad aliquot dies interruperò, vel potiùs mutavero, mixturus utile dulci, monstraturus quid, & quantum valeant Res non Naturales vulgò dictæ, Res omnino Naturales, & maximè ad vitam sustentandum necessariæ, ad ejus quoque destructionem, minùs rectè adhibita.

Historia.

Symptomata generalia, quibus afficiuntur ægri (his quippe pro varietate Temperamenti, ætatis, viriumq; ratione sese adjunxere alia aliaq; quæ fusiùs foret commemorare) sunt Dolor Colicus veru

verus, Colon Intestinum, aliquando etiam tenuia occupans, isq; contumax, somnum excludens, delirium ipsum præ vehementiâ sui quandoq; in consortium advocans, sedatus ubi fuerit facilè recidivans; Vomituritiones crebræ, biliosæ; appetitus dejectus, vel imminutus; alvus obstructa, clysteribus solvenda; flatus crebri; ardores præcordiorum, quæ occupant præcipuè regionem Sterni, infra supraq; Cartilaginem Mucronatam (de quibus conqueruntur fere omnes.) Urentes atq; furentes dolores per artus, primùm superiores, post etiam inferiores, infestant Reverendum Priorem, Colici Nephriticis juncti Sub-Priorem; Paresis brachiorum cum Respiratione Astmaticâ, summè anhelosâ, sensuq; ponderis Pectori incumbentis adfuit insuper Patri *Innocenti*, cujus Cadaver aperui, & inter alia offendi in Colo Intestino corpuscula pisiformia subviridia, mollicuscula, sparsim Intestinali tunicâ interiori adhaerentia; in Hepatis cætera fani parte summa folliculos terreo concremento infarctos; Vesicam urinâ distentam; Pulmones maculis atque lituris viridi-cæruleis undiq; fere inspersos, alicubi fero viscido spumoso repletos, alibi exsuccos prorsus, ac si per aliquos ante sectionem dies fuissent suspensi in aere libero; Cordis Auriculam dextram solito majorem, repletam sanguine coagulato, sed & vera Polyposâ concretione, quæ sese protendit per ipsius Venæ Cavæ ramos ascendentes, ad spithamas ferme duas, in sinistra quoq; Auricula Polypum alium, sed triplò priore minorem. In Pericardio fluctuabat serum subviride, flavum, falsum, unciarum circiter trium, quod cordi circumfusum non potuit non continuos ægro inferre ardores, sicuti quoq; ex Polypi præsentia, pulmonibusq; à Veneno mox specificando constrictis, haud difficulter arguere licet circulationis sanguinæ difficultatem cum Respiratione anhelosâ, quæ ægrum ad extremum usq; vitæ halitum cum majori semper majorique incremento, pulsûq; inæquali molestabat.

Causam Mali tam atrocis, & latè vagantis, in perverso Rerum *cause in* Nonnaturalium usu latere ratus, veniam, statim ac accessi, petii, anxie & sedulo omnia perquirendi, atq; instituto Examine sequens formavi, jam ante demortui sectionem, Ratiocinium Ætiologicum.

Vallis ipsa Angelimontana, quoniam in editiori Subsylvaniæ *Aere,* plaga Meridionali est posita, & septingentis pedibus Valle Uriensi elevatior, montibus undiq; cincta, isq; perpetuâ Nive & Glacie tectis, asperiori & frigidiori semper perflatur Aere, unde natum Proverbium, *Es seye in disem That 13 Monat Winter, was daruber, seye Sommer; durare hyemem per tredecim menses, residuo, siquid sit, anni tempore æstati relicto;* conferendum cum Proverbio Rhetorum

Iter Alpinum Primum.

totum illo, quod in Valle Rhenanâ seu Rhinwaldia viget, in Rheinwald feyen 9 Monat Winter, und 3 Monat Kalt; hyemem durare per menses novem, tribus autem reliquis mensibus frigoris nullas esse inducias, (vid. Stoicheiol. Helvet. p. 16.) Ut huc quadret illud Siliî Italici:

Nullum Ver usquam, nulliq; æstatis honores:
Sola jugis habitat diris, sedesq; tuetur
Perpetuas deformis hyems; illa undiq; nubes
Hæc atras agit, & mixtos cum grandine nimbos.
Fam cuncti flatus, ventiq; furentia regna
Clivosa posuere domo, caligat in altis
Obtutus saxis, abeuntq; in nubila montes.

Ab Aere hocce frigidiori, licet de cætero puriori, impeditur non parùm Transpiratio cutanea tum sensibilis, tum ἀσθησις, utraq; ad sanitatis conservationem apprimè necessaria, retinentur in Massa sanguinea excernendi varii generis subtiles acresq; halitus, qui intestino motu sese indies exacuunt, & sanguinis solvunt, ferum ad falsedinem disponunt, omnesq; humores inquinant, tantò magis, si frigidiori sese associant frequentes Nebulæ, Pluvia, Nives, Venti, hisce enim tonus ipse fibrarum cutanearum infirmatur, glandularum officium secretorium minùs rectè procedit, unde malorum Ilias corporibus nostris inferri potest. Influxus hic Aeris naturâ frigidi, qui extra Cœnobium corrigi nequit, intra Cellarum claustra poterit ad temperaturam redigi diligenti fenestrarum præclusione, & moderatâ fornicum calefactione, sicuti humiditas corrigi debet suffumigiis ex Lignis Juniperino & Percino præparandis. Potus ordinarius, Vinum ex Decimis Kufnacensibus, ad Lacum Tigurinum collectum, non equidem est in generositate suâ æquiparandum Italico vel Alsatico, tale tamen, in quod vel nulla, vel minima pars culpæ transferri debet, multò minùs est id Lithargyrio, aut aliis id genus venenis adulteratum, quemadmodum per Annorum 1694, 95 & 96. decursum tristes in & extra Patriam nostram sensimus Vinorum austerorum hac ratione ad musteam dulcedinem redactorum usu effectus, passim in *Ephemeridibus Naturæ curiosorum* memoratos, & in peculiaribus Tractatibus descriptos. Vini quidem Tigurini præstantiam, licet gentile id mihi sit, in præsentia non defendam; alit non magis probo, quam *Gesnerus de Lacte & Operibus Lactar.* p. 50 b. eos, qui inter quatuor Elementa Helvetiæ jocosè ficta Glaronensem Caseum pro Terrâ connumerant,

merant, ut Vinum Tigurinum Aquæ loco, Rhetorum seu Lepontiorum Linguam Aeris vice, Friburgensium Monetam pro Igne recensent; nimirum quatuor hæc ceu omnium vilissima selegerunt, Elementa proportione quadam nominantes, aut quod ad vitam hæc quoque necessaria sint. Vinum ex Agro Tigurino ad vicinos quoque transmittitur; huic aquæ vitium, quod austerum sit, impingunt. Moneta Friburgi, quod Aventici colonia est, ex Ære fit: Non potest autem vita commodè absque Monetâ transigi. Rhetica Lingua levis est, ex Italicâ corrupta, itaque respondet Aeri, ex cuius repercussu vox resilit: Est verò & Lingua ad commoditatem vivendi necessitas. Caseus rasilis Terram refert, ut illis placet; forte quod duriusculus ac solidus sit, præsertim antiquior, unde etiam raditur cultris aut dolabellis ad id factis: Vitam autem sine Lactariis non facile esset Helvetiis agere. Elementum hoc Tiguriarum, imò & Monasterii Engelbergensis, culpâ, quæ ipsi fuit impacta, tantò lubentiùs atque securiùs eximo, quod bibant Conventuales non horum illud vinum, sed binum, vel plurimum annorum, tale igitur, quod licet asperum fuerit, austeritatem suam deposuit, ac mitius redditum fuit, id quod Vino Tigurino, præsertim ad Lacum collecto est proprium. *Wag. Helv. Cur. p. 293.* quod morbi, quibus nunc vexantur Angelimontani, nostrates non attingant, ipsos etiam Kufnacenses, qui magnis haustibus sæpe pocula egurgitant, prætermittant; quod liberum fuerit inde à longo tempore Conventualibus, vinum Tigurinum Rhenano mistum frangere Italicò. Ex Cella Vinariâ ubi deveni in Culinam, tot ^{Cibo,} terme inveni Pandoræ Pyxides, quot vasa coquendis cibis destinata. Hæc sunt partim ærea, partim cuprea: Illis jam antè aliquot annos aliquam adulteratæ compositionis suspicionem movit cæruleo-viridis color, quo e. g. rapæ in illis coctæ tingebantur. Cuprea non, quod fieri alias solet & debet, sunt stanno obducta, sed eo per longi temporis rationem prorsus nudata; atq; in his vasis solet asservari Lac, (quod idcirco mox & faciliè acescit); coquantur cibi etiam acidi, vel aceto conditi. Butyrum, quod mulierculæ nostræ in culinis asservant in vasis terreis, reconditur in pelvi æneo, cujus fundum viridi prorsus colore tingit, & ipsum se eadem Tincturâ imbuit. Quid jam mali causantur particula terreo-salina, vel acidæ vitriolicæ Cupri, cibive indies communicatæ? Fermentum Stomachale depravant, ventriculum ad nauseam & vomitus disponunt, cardialgias excitant, in Intestinis, præcipuè Coli cellis sedem suam figunt, Tragediamque non unquam movent, tunicam nerveam continuò vellicant, bilis effusionem perpetim proritant, (unde evacuata bilis mox de novo sese colligit, & per

per vomitum vel secessum indignabunda veluti cum furore excernit), actiones viscerum infringunt, in massam sanguineam cum chylo delatæ serum reddunt acre, salsum, ad coagulationes, stagnationes & obstructions peraptum, (unde causa Asthmatis, Polypi, Ardoris circa Præcordia, doloris item per artus fuerentis) ipsis tandem partibus solidis, visceribus mollioribus, speciatim spongiosæ Pulmonum substantiæ palorum aculeatorum instar infixuntur, infixi manent, & vix nisi fortioribus atque generosioribus remediis expelli se patiuntur. Errorem hunc culinarium corrigere iussi substitutione vasorum ligneorum pro Lacte, terreorum pro Butyro, & cuprea Stanno intus obducere. De tertio Rerum Nonnaturalium genere, *Somno* nempe & *Vigiliis*, non est quod plura dicamus; sunt hi ita juxta Ordinis Benedictini Regulas præcisi, & ordinati, ut inde sanitas promoveatur potius quam pessundet. Non autem silentio præteriri debent *Motus* & *Quies*. Vita Religiosorum Monastica, & Eruditorum sedentaria pari ambulant passu, utrobique deficit Motus, atque corporis Exercitium; colligunt in Cellis Monachi æquè ac Eruditi in suis Museis varias cruditates, quæ ventriculo indigestionem afferunt, fermentum obtundunt, pituitam in Intestinis coacervant, sicque flatibus perpetuum fomitem præbent, massam insuper humoralem disponunt ad varias obstructions, secretiones viscerum depravant, & speciatim pro ratione Temperatorum malum illud (Crucem Medicorum) Hypochondriacum, cum Melancholiâ, morbos inter Literatos haud infrequentes inducunt. Consului, quò sic obviam iretur imminetibus gravioribus hisce, aliisque morbis, corporis frequens Exercitium, præcipuè horâ dimidiâ, ut integrâ, ante pastum, ut reliquæ ciborum in ventriculo digerantur, & excernantur, & sic quoque prohibui meditationes statim à pastu, à multis institui solitas, atque é contrâ suasi deambulationem, digestionem Ciborum apprimè proficuum. Sanguine crudo, pituitoso, Spiritibusque eadem labe infectis non possunt fibræ stomachales & intestinales ritè contrahi, & contractorio suo motu excrementa ipsis molesta expellere; unde fit, quòd *excernenda hæc Retenta* in Fistulâ Intestinali, imò passim in Tubulis cutaneis & carneis remaneant, stagnent, stagnando aciditatem contrahant, atque in flatus sese resolvant. Quòd si insuper in scenam ducantur armati illi Satellites, particule acidæ cupreæ, stimulant hæc fibras nerveas constanter & nimium, unde copiosa bilis per ductus Choledochos effusio, & quandoque Cholera. Spiritus ipsi animales continuò exerciti tandem in statum debilitatis & paupertatis cum vitæ ipsius periculo redi-

Somno & Vigiliis,

Motus & Quies,

Excernenda & Retenta,

ediguntur. Inter *Retinenda* primatum tenet Sanguis, cujus per Venæsectiones iteratas amissio, pariter ac purgantium *αωχ* usus, dico, abusus, malum in deterius semper præcipitavit. Quem admodum denique nullum profus Vitæ genus ab *Animi Affectibus* Animi Pathematibus. est immune, ita nec Vita Religiosa Monastica hoc Privilegii sibi arrogare potest, ut omnes Passiones ex suis Conventibus ac cellis proscribere queat. Quinimò disponit ipsa vivendi ratio ad nescio quam morum singularitatem, severitatem, tristitiam, Saturninum habitum, quibus solis, exclusis licet invidiâ, irâ, aliisque id genus Pathematibus, machinâ Corporis infirmari, & vita destrui facilè potest. Quid gravibus hisce vitæ Humanæ Hostibus opponi debeat, absque ulteriori explicatione facilè innotescit.

Quid *Dietetico* fonte exhausto in hac Colicâ spasmodicâ venenatâ Cura. auxiliij ferre debeant, & possint reliqua Medici Adminicula, *Pharmacia* & *Chirurgia*, paucis indigitabo. Ex Medicamentorum Internorum Classibus selegi partim gelatinosa, mucilaginosâ, hordeata, gelatinam Cornu Cervi, Eboris, juscula Cancrina, partim Bezoardica generosa Opiatis mista, Aquam Angelicâ, Liliorum convallium, Sambuci, Essentiam Opii Langelotti, Mixturam simplicem, Confectionem Diascordii, Theriacalia, ut illis quidem spicula acida infringerentur, obvolverentur, & à vellicatione Nervorum abstraherentur, his autem per habitum corporis propellerentur, & Symptoma urgens, dolor nempe atrox, mitigaretur: Quibus solamen attuli non modicum ægris, imò & dolores tunc sedavi, tum abstuli, non tamen cum optato & tali successu, qui recidivam nullam admiserit, ex ratione facilè hariolanda. In Obstructionibus alvi soli javerunt Clysteres anodynî & emollientes domestici. Externè cum successu applicavi frictiones, atq; inunctiones cum Spiritu Vini Camphorato & Crocato, Sacculos ex herbis emollientibus nervinis, item Vesicatoria Suris, quibus serum extraxi flavum, acre, gelatinæ instar coagulatum.

Digressione hâc factâ redeo ad Pensum meum Naturale Histori- Angelimontane Vallis cum, relaturus quid curiosi observaverim in Valle, integroque Di- Vallis strictu *Angelimontano*, Dominio Reverendiss. Abbatis absque omni ad Cantones alios recursum vel appellatione subiecto.

Versus Aust-orientem, si è Monasterio prospiciatur, caput inter nu- Montespræpui bes attollit mons præaltus, perpetuâ nive & glacie rigens, *der Tittlis* Tittlisberg. *berg* dictus, quem pro altissimo Helvetiæ vulgò habent, aut falso ascribunt Territorio Subsylvano *Cysat. Lucern. See. p 249. & Wagner. Helv. Cur. p. 16.* Montis hujus partem anteriorem totam scopulosam

ope Calculi Trigonometrici 358. perticas altam inveni. Summum Montis apicem, *der Nollen* cognominatum, quia nube tectus erat, videre, atq; sic mensurare tunc temporis non licuit. Institui autem operationem prope casam Alpinam, *die Herrenrüti*, quæ dimidio milliari à Cœnobio distat, & triginta perticis hoc est elevatior, ut si altitudo perpendicularis montis mensurati respectu ad Monasterii situm habito foret 388 pertic. & salvo errore Calculi supra instituti, mons Tittlisberg elevatus foret supra planitiem Altorffini pagi in Valle Uriensi siti 465 pert. sive 4650 pedd. Clarior forte erit altitudinis hujus Idæa, si cogitetur 46 turres, singulas 200 pedes altas (quot incirca habet Turris nostra Carolina) vix accedere ad altitudinem montis hujus, consideratam respectu Altorffinæ Vallis.

Engelberg.

E regione hujus est *Mons* etiam altus *Angelorum*, *der Engelberg* dictus, ubi Angeli feruntur fuisse auditi in consecratione & ædificatione Cœnobii, olim *der Hennenberg* à figurâ culminis fuit nominatus, sicuti etiam nunc cacumen montis *der Hanen* audit. Cœterum in Angelimontana Ditione sunt montes alii, *der Raubberg*, *Firn-alpen*, à rupibus glacialibus nivosis, *Firn* dictis, ibi reperiundis, *Weißberg*, *Stotzigberg*, *Kenlisberg*, *Plangenkelen*, *Sandeck*, *Gem-senspiel*, *Gerstine Alpen*.

Alii Subsylvan-
nis & Uriis
communis.

Subsylvanis atq; Angelimontanis communes sunt *der Wildberg*, *Planggengradt*, *Scheiberg*, *Stoffelberg*, *Rigenthalergradt*; Uriis & Angelimontano Cœnobio communis est *die Rotereck*.

Montes quidam
Uriorum,

Cœterum vidi in Mappâ pictâ Angelimontani Domini Montes sequentes, qui ad Urios pertinent, *Kleine und grosse Spaneter*, *Spitzgraffen*; *Hermisalp* (forte *Alpes Hermetis* seu Mercurii, quem admodum Solodori etiam nunc est locus *der Hermesbübel*, collem Mercurii dixeris, quod ibi fuerit Templum Deo huic sacrum, *Hafner. Soloth. Schauplaz. P. II. p. 20. Hotting. Helv. Kirchen. Gesch. Lib. I. p. 47.*) *Gitschiberg*, sive *Gitschistock*, *Scheideck*.

Subsylvanorum.

Subsylvanorum sunt *der Rothe Sattel*, *Settlengradt*, *Hüllberg*, *Ob-bag Alp*, *Schaffenberg*, *Geißberg*, *Arniberg*, *Scheideck*, *Storeck*, *Grublerberg*, *Alpenstock*.

Pluvia Præ-
nuntii.

Pluviam Angelimontanis præfagiunt Nubes cacumini montis *Seltallistock* circumfusæ; nubes item aliæ coloris grisei ex parte Subsylvaniæ, sive à Septentrione per aperturam Vallis introcedentes, quibus adventantibus Incolæ dicunt, *der Thalvogt*, item *der graue Thalvogt komt*. Aliàs passim in Alpibus prænunciant pluviam Torrentum strepitus atq; susurri, auribus magis, quam vulgò solet, molesti. Materiam hanc de *Signis Pluviarum* non ante dimitto,

dimitto, quàm aliis homogeneis novisq; Observationibus ab Alpicolis factis illustravero. *Filifurii* in Rhætia usitatum est Proverbi-um: *Cura ch'il pitz da Stiervi fo chiapi, sebi lascha der la sotsch, & piglia il rasti.* Sensus Linguæ Rhæticae, quæ est Italicae Dia-lectus, hic est; *Quando cacumen montis Sterwis, qui duo circiter milliaria distat à Filifurio versus occasum, capitium facit, id est, nube velut pileo cingitur, abjice falcem, quâ secatur fœnum, & accipe rastrum, instrumentum, quo fœnum in acervos colligitur, quòd pluvia instet.* Ita quoq; *Novena*, qui pagus haud longè distat ab origine Rheni, si conspiciatur nubicula vel nubes in monte *Cucarnil*, prædicunt Incolæ pluviam procellosam, ejusdem diei vesperâ, vel sequenti die venturam. *Silii* in Engadinâ superiori est Lacus milliare circiter longus, dimidium latus, cui si infideant Nubes, certissimum Pluviae indicium præbent. Observationes hæcæ pro suo erga me benevolo affectu communicârunt Reverendi Pa-stores Rhæti, primam quidem & secundam *D. Joh. Leonhardi, V. D. M. Novenenfis*, tertiam *D. Jacobus Picininus, V. D. M. Solienfis*, cui similem habet *Joh. du Choul* in *Descript. Pilati mon-tis in Gallia.* *Procreatur, inquit, (in vertice Pilatini nemoris) nebulosa quaedam exhalatio, quæ statim aut futura tonitrua, vel imbres significat. Fit presagium hoc pacto: si Caligo Aquilone flante in altum consurgat, sudum denotat, aliter considerare continenter solet, & hoc pluvie manifestum signum.* Observationem prioribus jam recensitis contrariam exhibet *Joh. Leopold. Cysat. Lucern. See. p. 252. de Monte Pilati prope Lucernam, qui si pileatus, id est, nube cinctus sit, serenam tempestatem annuntiet, unde Proverbi-um; Wann der Pilatus hat ein hut, so ist das Wetter fein und gut, i. e. Quando Pilatus est pileatus, serenescet Aer.* Illustravi materiam hancce, & illustrabo porrò, *εὶ δὲ θεὸς θέλων*, sedulâ inquisitione sig-norum tum recensitorum, tum aliorum, quæ Alpicolæ desumere solent ex Ligni ardentis strepitu, fissurarum in Glacie Alpinâ to-nante rupturâ, Rupicaprarum descensu ad inferiora montium loca, &c. ut morem geram petitionibus modestis Viri in Literatâ Vestrà pariter ac Exoticâ Republicâ Celeberrimi *D. Johannis Woodwardi, Med. Doct. & Physicæ in Collegio Greshamensi, quod Londini est, Professoris Clarissimi, cuius favore & amicitia mirè gaudeo.*

Ad alia pergo. Ex *Catarrhæis* montanis in Territorio Angeli-
montano passim obviis visum maximè recreat spumosa sua & *mincana.*
lacteâ veluti albedine *der Deüsbaeh*, qui defluit ex Alpe *Dagistall*
è regione Montis Tittliaci.

Temporarii
Fontes.

Temporarii Fontes, qui *Maiales* vulgò *Meybrunnen* audiunt, quòd Majo mense profiliere incipiunt, & Septembri fluere cessent, passim in Alpibus Helveticis, & ad harum radices reperiuntur. In Angelimontano Districtu inter *Cenobium* & pagum *Wolffenschies*, in *Grassenorth*, Comitum Habsburgicorum quondam sede recreatoria, est Fons *der Kalte brunn*, quia frigidissimam fert aquam, appellatus. Hic tertio circiter Maii in Festo Inventionis Crucis, è terrâ prorumpit, & decimo quarto Septembris, quo celebratur Exaltatio Crucis, fluere desinit, *fliesset hiemit von einem Creutztag zum anlern*, non tamen tam exacte observat sanctos hosce dies, quin aliquando ante Crucis Inventionem fluat, & ante Exaltationem rursus tunc sese abscondat, aliquando post utrumq; Festum sese ostendat, & retrahat. Inter rariora Phænomena relatus fuit Fontis hujus fluxus, per An. 1700. quo in mensem Octobrim usq; fluxum suum continuavit. Est hic ipse Fons, qui *Cysato Lucern. See.* p. 248. & ex eo *Wagnero Helv. Cur.* p. 131. memoratur, quòd *loco in Kaltle ad viam Regiam profluat*, quemve *Wagnerus* in Notis MS. distinctius expressit, sed pro diverso à priori perperam habuit. Fons alius, *der Dürrbrunnen* dictus, eandem cum priori existimatur habere Scaturiginem, fluit etiam per Æstatis decursum.

Mineralia.

Mineralibus omnis generis prægnantes esse Montes Vallesque Domini Angelimontani patebit ex sequenti Catalogo.

Marmor.

Marmor nigrum venis albis & maculis obsoletis distinctum in Montibus Monasterio vicinis copiosè reperitur.

Cryalli.

Cryalli minores hexagonæ *auf Wallen in der Ochsenalp*. Ex his quæ ἀμφίκετς, seu utrinq; acuminatæ sunt, *Schwindelfeine* Incolis cognominantur.

Cryalli aliæ immaturæ, figuræ indeterminatæ, *Fluores* potius vocandæ, in cavernâ quadam *gegen dem Grassenorth*.

Metalla.

Metalli auriferi indicia extant ad Anglorum Montem. *Wagner. Helv. Cur.* p. 349. Forte hæc est vena Auri & Argenti cinerea,

Pyrites.

quæ *im Bruderloch* reperitur cum *Pyrite Atramentoso*, & *Terrâ Vitriolicâ* cinereâ, ochraceâve, quæ brunum colorem calcinata induit, *Croci Martialis* indicem, aquas etiam è caverna defluas acidularum sapore imprægnat.

Pyrites alius, *Atramenti* seu *Vitrioli Parens*, è quo hoc ipsum & *Misy* exudat, invenitur *im Grassen*, item in Alpibus *Surenensibus*.

Argentum.

Im Geisloch, quæ caverna est è regione *des Bruderlochs*, etiam reperitur priori similis fere *Vena Argenti & Vitrioli*.

Vitriolum.

Vitrioli Venas lutofas in fissuris faxorum passim reperi ad radicem montis *Titliaci*; *Fissiles* item *Lapides Pyrite atramentario perfusos*,

fufos, ac ferrugineo colore tinctos, qui a Vitriolo corrofi in Argillam abeunt cineream mollem.

Pyrita argenteus & angulosus *im Urner Grassen.*

Pyrita.

Pyrita argenteus in Saxo duriffimo, Terra Martiali rubra asperfus, *im Firna pelin & Hofad.*

Pyrita globosi reperiuntur *auf dem Geiffberg*, qui Subsylvaniæ mons est.

Lapides Fiffiles nigri Glaronenfibus fimiles, uti & *Cotes*, copiofi *Lapides Fiffiles* sunt *auf dem Lattenberg*, qui inde etiam nomen traxit.

Creta coloris atrii, Pictoribus utilis, in glebas concreta, *im Galti. Creta nigra.* *berg, & an der Herrenrüti.*

Lac Lune fuppeditat Caverna quædam *im Horbis.*

Lac Lune.

Lapidi fiffili cinereo adhærefcit *Sal*, quod ad *Boracem* prope accedit, etiam gustu, subtilem habens cum aliqua stipticitate *Sal Boraci simile.*

Aluminofâ dulcedinem. Cum Oleo Tartari per deliquium nullam subit mutationem, uti nec Alumen, nec Borax, nec *Sal Armoniacum*. Ab infusione Tornæfolis nullam sensibilem patitur mutationem, uti nec Borax, cum é contra Alumen subito hanc Tincturam commutet in purpuream, & Vitriolum reddat eandem cum præcipitatione turbidam. A commixtione Spiritus Salis Armoniaci Urinosi turbatur Liquor in lacteum colorem, & præcipitatur materia albida; at inde Alumen & Borax paucam subeunt mutationem. A Spiritu Tartari Volatili, & Spiritu Vitrioli nullam quoque est passum hoc *Sal* alterationem. Infusio Gallarum turbabatur ab Alumine, non item a Borace & nostro hoc Sale.

Angelimontano Territorio non prius decedam, quam Relationibus hisce inferuero Observationem satis curiosam, quæ ad Regnum Animale spectat. Accidit Ann. 1699. ut Rupicapra, quod genus Animalium Saxa editiffima, Scopulosq; præruptos raro deserit, sponte descenderit in pascua, ibiq; sese Equis Vaccisq; immiscuerit, imò non Lapidibus inde se abigi passa fuerit. Insolitæ rei narratione commotus Venator sese accingit, & quod communiter vix maximo labore, nec sine vitæ periculo agit, facillimè globo sclopetario Capram trajicit. Reverendus Pater ex Nobili *Zurlaubiorum* Tugina Familia oriundus, Vir rerum Naturalium studiosissimus, Rupicapram in Cœnobium delatam Anatomico Cultro subjicit, curiosus, quid causæ latere possit in una ex Partibus corporis Principibus tam raræ transmigrationis, atque intra Cranium invenit duræ Meningi instratam Hydatidem sero, arenulisque repletam. Vertigine laboravit haud dubie hæc Fera, cujus hepar aliàs Scotomiam curare dicitur, teste *Velsch. Hecatost. II. Obs. 62.*

*Vertiginosus
Rupicaprarum
& Vaccarum
affectus.*

Nam

Nam ecce Observationem Practicam aliam, quam nec in Nosocomiis, Laboratoriisve Chirurgicis vidi, nec à Præceptoribus didici, in Alpibus satis frequentem! Accidit quandoq;, ut Vacca attonita, veluti nihil attendentes consistant, vel perpetuò in gyrum sese moveant, & Aquarum fluentium Susurrum sequantur, usquedum devenerint ad Torrentem vel Flumen, ad cujus ripam pedem figunt, ac si ex blando susurrantis Aquæ sono delectamentum perciperent. Accersitur sine mora Operator Veterinarius, hic plerumq; in medio Vaccæ fronte Trepanationem instituit, sed non artificiosam illam in Capite Humano celebrari solitam à Chirurgis, verum simpliciore longè; Cutem incidit Scalpello culinario acuto; Modiolorum loco utitur etiam Cultro, eoque in gyrum manu actò Cranium sensim perforat, initio quidem, quod probè nôrunt Anatomes omnis gnari, securè & citò, sub finem verò tardè ac cautè. Denudatâ Meninge, coram foramina sese sistit Hydatis, seu aquâ repleta vesicula, vel ope filii ferrei hamati inter Cranium & duram Matrem introacti quaritur, & eodem hoc Instrumento rudi extrahitur. Hoc factò singulis diebus vulnus deligant, atque Emplastice curant. Quòd si alterutro Cerebri Hemisphærio incumbat Hydatis, tunc observant Operatores, num gyrum interiorem formet dextrum agræ latus, vel finistrum, nam ex illo latere Trepanationem instituant, atque vesicam extrahunt. Ita fit Diagnòsis, & Therapeia. Prognòsin si spectemus, non omnes ex hac operatione vitam, quæ periclitatur, recuperant, sed magna agrarum pars moritur. De Vaccis ipsis, si hoc affectu laborent, dicunt, *sie seyen stürmig.*

Fons Periodicus
Engstlanus.

Engelbergâ itur per *Fugum, das Foch*, juxta montem *Ochsenstock* ad Alpes Bernensium, & nominatim, Vallem *Hasteam, Haselam, das Hastthal*, Alpemq; *Engstlanam* illam, quam celebrem reddit *Fons Temporarius*, de quo mira narrârunt Scriptores Helveti, & ex iis exteri; *Stumpf. Helv. Chorogr. L. VII. c. 21. Zuinger Method. Apodem. L. II. c. 5. p. 84. Suicer Descript. Helv. p. 6. Rübmann Gespräch von Bergen, p. 89. 200. Cysat. Beschreib. Lucern. See. p. 247. Plantin Helv. p. 71. Wagner. Helv. Cur. p. 132. Werner de Admirand. Hungar. Aquis p. 19.* Falsa veris miscuère omnes. Narrabo breviter, quid tum *ἀνοστή* nos docuerit, tum Relationes fidæ Incolarum, aliorumq; *ἀξιοπιστων* hominum. Fontem ipsum videre, in fluxu videlicet suo, hoc die, qui 18 fuit Augusti, non licuit, quia jam ante exaruit. Situs est in planitie ipsa vallis, profluitq; medios inter Lapides, casu, ut videtur, invicem superillapsos; ab Oriente & Septentrione edita habet Montium Petrarumq; juga. Periodum observat duplicem, annuam unam, diurnam vel horariam alteram

alteram. Tribus duntaxat fluit mensibus, à medio Maii scilicet ad medium Augusti, ut hoc respectu Fontium Maiialium numero adscribi possit & debeat. Non tamen, ut hi, constanter per *τηρησιον* fluit, sed matutino plerumque & vespertino tempore, manè horà circiter octavâ, vesperi quartâ. Notandum tamen, quod ipsi Celeb. Wagnero editâ jam *Historiâ Helv. Curios.* retulit Rev. D. *Henricus Becklinus* Bernensis, Pastor Haslensis, qui singulis annis locum hunc frequentare solebat; *cursum fontis hujus maxime inaequalem esse, saepe aquas ejus vesperi præstò esse, & fluxum earum per integram noctem durare, manè sequenti autem cessare, mox manè aliquando aquas profluere, saepe interdum fontem cursum redintegrare; saepe aquas ejus tres, imò quatuor dies integros perennare, saepe aquas aliquot diebus non apparere; fabulosum autem id planè esse, manè saltem, meridie & vesperi singulis diebus fluere, quando armenta accedunt, potum baustura.* In usum Pecoris solum hoc Naturæ Miraculum fluere vix vero est simile, sunt enim in vicinia ex utroq; Fontis hujus latere plures alii, ipse etiam Lacus Engstlenis, rivusq; ut Aquarum nulla penuria adsit. Falsum est etiam, & ad fabulas relegandum, quòd Fons hic cesset, si quid immundi vel tènèrè, vel malignè in eum projiciatur, & veluti indignabundus aliquot diebus aquas neget. Hæc *ως ἐν παροδῷ*, & percursoriè inferere volui, ut veritati suus redderetur honos, & quæ superstitionem, falsitatemve redolent, ex Historia Naturali auferrentur. Superfedeo hâc vice plura de hoc Fonte recensere, Textus ipsos ex Authoribus citare, imò & ratiocinia de illius periodico fluxu immiscere, ad aliud tempus illa reservans, imò differens ad commodiorem fluxum ipsum per aliquot dierum successum videndi, omniaque exactius ponderandi occasionem.

In reditu ex Alpibus Bernensibus & Subsylvanis conscendimus *Fractum* illum in plures Scopulos, seu *Pilati Montem*, prope *Lucernam* situm, de quo non habeo plura, quæ referam. Peculiari Libello eum descripsit *Conradus* noster *Gesnerus*, Vir nunquam absque honoris prologo mihi nominandus. Spicilegium post *Gesnerianam* Messëm esto sequentium *Observationum* Syllabus.

Lacûs, Lacunæ potius, vel Paludis *Pilati*, effectus in Fulminibus, Tonitribus ac Tempestatibus ciendis mirabiles olim crediti, metum incussere integræ *παιχδέσθ*, nunc refutatione derisorîâ digniores sunt, quàm solidâ Philosophicâ. Ichnographicam hujus Lacûs Delineationem sistit *Tab. II. fig. 3.* ubi quæ punctualis circumscribitur Lacûs portio, profunditatis creditur esse immensa.

Altitudo.

Montis ipsius *Practi* altitudo surgit supra *Lucernæ Urbis* planitiem ad 280 perticas, si fidem damus *Barometro*. Dabitur autem alia fortè & commodior occasio, *Trigonometrico* Calculo hoc Experimentum *Physicum* vel confirmandi vel corrigendi.

Concha Lapideæ

In editissimâ fermè Montis parte, quam *Widerfeld* vocant, Scopuli sunt compacti ex meris *Concharum Lapidearum* testis, tam lævibus, quàm striatis, omnibus tamen confractis, ut vix summo labore & patientiâ integram quis inde avellere, aut matrice suâ solutam invenire possit. Sic quoque, quod supra jam memoravi,

Lentis striatæ.

reperiuntur ibidem Saxa referta *Lentibus striatis, utrinque convexis*, descriptis in *Specim. Lithograph.* p. 31.

Index

III. 17



Faint, illegible text at the bottom of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Tab. III.



Sumptibus D. Hans Sloane, M.D. Coll. Med. Lond. Socii, et Societatis Regiæ Secretarii.

Index Plantarum rariorum Alpinarum, in Itinere hocce collectarum.

Absinthium Seriphium montanum candidum C. B. Absinthii **A.**
nus, in Valesia Herba alba dicta, & Absinthium Seriphium
femina Gesn. Hort. Absinthium album é Valesia Eid. App. Absinthi-
um Vallesianum tenuifolium candidum, sive Herba alba J. B. Radice
nititur fibrosâ albâ, saporis calidi amariuscule, ex qua oriuntur
Cauliculi tomento albo & denso pubescentes, tenues, lignosi, foliis
vestiti tenuissimè divisis, atque instar serici ex albo splendentibus,
quæ infident pediculis uncialibus & biuncialibus, semuncialibus
item, ubi é caule ipso prodeunt, & altiorem occupant sedem.
Cauliculi accedunt altitudine ad tres quatuorve uncias. Versus ho-
rum summum, é foliorum alis, oriuntur pediculi semunciales, &
breviores, tenues, qui sustinent Capitula squamata, ut in Stæchade
lutea, sed minora, leuteos flores continentia, calyce polyphyllo
tomentoso splendido sustentata. Raio, Phytographo celeberrimo,
subscribo, qui Hist. Plant. p. 369. pro eodem cum hoc Absinthio
Vallesiano hæbet Absinthium Alpinum incanum C. B. Absinthium. item
marinum seu Seriphium, quibus insuper affocio Absinthium Alpinum
candidum humile C. B. Prodr. Horum sane omnium Descriptiones ab
Absinthio Vallesiano non abluunt. Iconem exhibet Tab. III. fig. 1. Tab. III. Fig. 1.

Acetosa rotundifolia Alpina C. B. descript. in Prodr. p. 55.
Ageratum Pyrenaicum villosum flore purpurascense Tourn. Ab
Agerato ferrato glabro flore purpurascense non differt, nisi pillosâ
hirsutie, quæ totam hanc plantam, præcipuè autem caules vestit.
Inveni in montibus Urriorum & Angelimontanorum.

Alchimilla Alpina pentaphyllos Raij. Alchimilla Alpina quin-
quesolij folio subtus argenteo Tourn. Tormentilla Alpina folio se-
riceo

Iter Alpinum Primum.

riceo C. B. *Pentaphyllum* sive potius *Heptaphyllum argenteum flore muscoso* J. B. *Tormentilla argentea* Park. In celsioribus Alpinum jugis ubique crescit. Enneaphyllon inter plantas ficcas Herbarij mei affervo.

Allium montanum sphaerocephalon purpureum. Dubius hæreo, an debeam referre ad *Allium sphaerocephalon purpurascens* Raij Hist. Pl. p. IIII8. vel ad *Allium montanum capite rotundo* C. B. seu *Allium sphaerocephalum purpureum sylvestre* J. B. vel distinctam ab his, quibuscum in aliquibus notis convenit, constituat speciem. Descriptio hæc est. Ex bulbulo oblongo albo surgit Planta semipedalis, pedalis & sesquipedalis, caule cavo, non geniculato, viridi, cujus tertia pars obvolvitur folio vaginato latiusculo, spithamam longo: Caulis summum occupat capitulum florum dilute purpurascens, striis purpureis pictorum, monopetalon, marginibus sextipartitis; stamina floris sunt alba, apices fusci. Vid. Tab.

Tab. III. Fig. 2. III. fig. 2.

Androsace Alpina perennis angustifolia villosa & multiflora Tourn. *Sedum Alpinum hirsutum lacteo flore* C. B. *Chamaejasme Alpina* J. B. quod flosculus, dum recens est, Jasmini instar odoratissimus existat. Descriptio J. B. exacta satis est. Ad radices montis Tittliaci copiosè crescit.

Aquilegia montana magno flore C. B. Crescit pulcherrima hæc planta supra Alpinam vallem *Waldnacht* in jugis editioribus.

Aster Alpinus caeruleus magno flore Park. *Aster montanus caeruleus magno flore, foliis oblongis* C. B. *Aster purpureus montanus* J. B. cui, uti & Raio subscribo, referentibus huic *Asterem Atticum minorem* Camer. adeoque etiam *Asterem Atticum Alpinum alterum* C. B. Descriptio esto sequens: Ex radice satis crassa, longa, nigricante, fibrata, oriuntur statim initio caulis folia multa, pilosa, unciam unam, duas, aut tres longa, semunciam (vel tertiam quartamve unciam partem) lata, nervo per medium decurrente insignita. Caulis ipse palmaris, dodrantalis, etiam pedalis, prope radicem plerumque purpurascit, & pilis albis brevibus vestitur, versus summitatem tamen hirsutior est, foliis & ipse ornatur angustis, alternis, asperis. Summo cauli infidet Flos pulcher, major quàm vulgaris purpurei Asteris, cujus corona constat ex longis & angustis semiflosculis purpureo-cæruleis, discus autem componitur ex flosculis luteis. Calyx floris constat ex multis foliis oblongis, acuminatis, pilosis, haud raro purpurâ dilutâ tinctis: Flosculos oculi mediū sequitur appensum in pappis semen. In collibus Alpinis passim crescit.

Asteri

Asteri montano purpureo similis, vel Globularia J. B. Lib. XXIV. p. 1047. Dubito, an sit *Aster Alpinus flore pupurascente* Raii Hist. Plant. 268. cum caules non sunt ramosi, sed flos summo cauli infideat unicus. Descripsit, & satis bene quidem J. B. hanc plantam ex ficca. Nos eam ita interpolamus ex recenti: Ex radice fibrosa subfusca, crassa satis pro proportione pusilla herba, oriuntur caules pilosi, & versus summum saepe villosi, unciales & palmares, qui vestiuntur foliis alternis, latiusculis, unciam & semis longis, inferioribus ex longioribus pediculis quibusdam uncialibus, aliis duobus & semis, culmo paulò latioribus, in obtusam extremitatem desinentibus, similibus ferè foliis *Asteris montani purpurei*, sed angustioribus & delicatioribus, ad marginem pilosis: Cauli summo infidet flos unicus, cujus corona constat è petalis angustissimis ex dilutissimâ purpurâ albicantibus, vel etiam profus albis; discus ex flosculis luteis, interspersâ copiosâ papporum lanugine. In Alpinis vallibus, Surenensi & Waldnacht.

Astragalus Alpinus foliis Viciae angustioribus, flore ochroleuco Tourn. Planta hæc, si bene eam nominavi, Radicem habet cubitalem fere, digiti minimi crassitie, cortice nigro tectam, intus albam, fibris lignosis donatam, quæ, antequam è terra erumpat, dividitur in aliquot portiones, sive capita, dimidium & integrum digitum longa, ut nisi quis profunde fodiat, plures esse plantas existimet, sicuti de *Astragalo Monspessulano* scribit J. B. Ex hisce capitibus, seu Radicis ramis prodeunt folia *Viciae* angustiora, acuminata, subhirsuta, per conjugationes 10. costæ mediæ adnata, uno impari claudente extremo. E foliorum medio surgit Caulis palmaris, vel spithamæus, foliis nudus, dilutè viridis, leviter hirsutus, sustinens spicam florum semuncialem, vel uncialem, glomeratam fere: Flores singuli ochroleuci sunt, seu coloris luteo-pallidi, sive subalbidi. In carina obscuriori reconditur stylus lingulâ apice luteo tectâ vestitus; Calyx floris tubus est membranaceus quinquepartitus, fere pellucidus, subhirsutus: Siliculis brevibus membranosis cinereis insunt semina parva lutea. Ab hac differre videtur magnitudine & odore *Astragalus perennis foliis hirsutis, caule recto aphylo, flore ochroleuceo odoratissimo* Morison. cujus descriptio extat in Raii Hist. Plant. p. 940. Crescit in Alpibus Surenensibus, aliisque Vallis Angelimontanæ.

Auricula Ursi carnei coloris, foliis minimè serratis J. B. *Sanicula Alpina rubescens folio non serrato* Eid. Phytop. In faxis humidioribus altissimis montium Foch & Sureneneck.

B.

Bellis Alpina minor C. B. Prod. *Bellis Alpina alba minor* C. B. Pin. *Bellis Alpina minor rigido folio* Park. In vallibus Alpibus passim, iis speciatim, quæ à Torrentibus sunt irriguæ. *Leucanthemum* erit Tournefortio.

Bupleurum montanum gramineo folio Tourn. *Perfoliata Alpina angustifolia minima* C. D. Prod. *Perfoliata montana minor folio acutissimo* Eid. Phytop. Cæsalpinus vocat *Seseli Æthiopicum parvum foliis gramineis* Lib. VII. c. 34. Ex radice longa nigricante vel rufescente cortice testâ, fibris capillaceis terræ affixâ, surgunt caules palmares, imo & femipedales ac pedales, infernè foliis cincti gramineis, angustis, oblongis, glabris, & lineis pellucidis striatis; folia hæc angusta sequuntur alia, quæ caulem basi latiore amplectant, ex lato acuminata. Color purpurascens, qui sæpe caulis imam partem tingit, communicatur etiam nervis per mediam foliorum partem decurrentibus. Ad caulis summum, ubi prodeunt pediculi aliquot tenues, adsunt folia quatuor vel quinque inæqualia, uti & ad pediculorum extremum. His innascuntur flores saturè lutei, vel rubentes cum staminibus, & apicibus luteis, quorum calyx abit in bina semina invicem juncta. In summis Alpibus Helveticarum jugis reperitur.

Bupleurum minimum angustifolium H. R. Monsp. *Perfoliata minor angustifolia Bupleuri folio* C. B. *Perfoliatum angustifolium minimum* Col. *Perfoliata angustifolia Alpina minima* Park. *Auricula leporis affinis Odontitis lutea Valerandi & Dalechampii* J. B. Descriptio atque Icon Columnæ meliùs quadrant nostræ plantæ, quàm J. B.

Bursa Pastoris montana Globularie folio Tour. *Tblaspi Alpinum Bellidis cæruleæ folio* C. B. Pin. *Tblaspi foliis Globularie* J. B. *Tblaspeos albi supini varietas* Ger. *Tblaspi montanum Glaspi folio minus* Park. C. B. App. Clusius in declivi montis urbi Badenensi imminentis quarto è Vienna Austria milliari invenit; nos in monte Legerio supra Badam Argoviæ, & passim in Alpibus.

C.

Cacalia foliis crassis hirsutis C. B. *Cacalia quibusdam* J. B. *Cacalia incano folio* Ger. *folio rotundo incano* Park. Ab hac non differre specie *Cacaliam tomentosam* C. B. suspicatur *Rajus* Hist. Plant. 291. cum imperfectè ab eo descripta sit, ut qui folia tantum videret, cumque paucis, usque non magni momenti notis à precedentibus differat. At Bauhini Authoritatem & fidem salvare videtur Tournefortius, qui in Alpibus, forte Pyrenaicis, vidit *Calcaliam Alpinam foliis utrinque denso & candidissimo tomento obsitis*. Crescit nostra *Cacalia* in omnibus Alpibus.

Cacalia foliis curaneis acutioribus & glabris C. B. *Cacalia alterum genus*, quod sub titulo *Cacalia* quibusdam locat. J. B. *folio glabro* Ger. *glabro folio acuminato* Park. Crescit hæc in summo Montis Legerii jugo, retro Speculam, sed & in Alpibus.

Campanula foliis Anchusæ, floribus oblongis, C. B. *Rapunculus montanus, sive Trachelium montanum* J. B. *Trachelium montanum majus* Park. Non dubito, quin hæc eadem sit cum *Campanula minore* foliis *Succisæ flore magno* Raii *H. Pl. p. 735.* In editioribus montium partibus humilior est hæc Planta, quemadmodum Plantarum Alpinarum parvitatis. id in genere observare est circa Plantas Alpinas, ex rationibus traditis in *Stoicheiolog. Helvet. Thes. 25.* Quibus adde Testimonia bina, unum *Johannis Fabricii*, Ministri Ecclesiæ Curiensis quondam clarissimi, qui in Literis d. 26 Jun. 1559 ad Conradum Gesnerum datis, atq; *Aretii descriptioni Stocchoronii & Nessi* subjunctis, ita scribit: *Christophoriana, quo in loco nascitur editiore, tanto est exilior, & pressior, ut & reliquæ pleraque omnes herbæ.* Alterum *Gesneri* ipsius *Hort. German. p. 243. b. Absinthium commune nascitur in quibusdam montibus Bernensium, sed multò minus, frigore aut alimenti inopia, ita ut species diversa videri possit. Sicuti & aliæ multæ Herbæ in montibus altis natæ, iis, quæ humiliter nascuntur, minores, solidioresq; & crassiusculis foliis sunt, ut Viole nigræ, Bechium, &c.* Dum autem l. c. debiliorem succi nutritii in caules Plantarum propulsiorem pro causa agnovi tum parvitatis, tum saporis aromatici Plantarum Alpinarum, non exclusi alias, uti certe in censum venire possunt allabentes continuo venti, & aeris ipsius circumstantis major Frigiditas, unde pori Plantarum constringuntur, Succus nutritii progressus retardatur, altiora petentibus mobilioribus duntaxat & spirituosioribus partibus, quæ ob ipsum hoc ambiens Frigus avolare haud facillè possunt. Audiamus *Josiam Simlerum Comment. de Alpibus, p. 126. b.* *Ex his, quæ montibus cum planis communia habentur, campestris materia mollior, & tenuior plerumq; est, montana autem proprium adeptæ locum melior, pulchriorq; provenit, nam montium sicciior & aridior habitus lignum magis durat & adstringit, & ventis ibi ad soliditatem & firmitatem tunduntur arbores, itaque apud Poetas, ut Doctissimus Turnebus adnotavit, montana materia, ut hastilibus aptior, commendatur, unde etiam Homerus cæsam fuisse ait Hastam Achillis é vertice Pelii montis, bonitatem materiae demonstrans, & ἄρπυιῶν ἀρπυιῶν nominat, Criticis rigidum & durum Hastile interpretantibus. Apud Latinum quoque Poetam Itali milites*

Duo quisque Alpina coruscant gesa manu ;
Alpina enim dicuntur, non solum, quod Alpini populi gesis uterentur,
verum etiam, quod ex Alpina materia facta essent, & ταῦτα μὲν αἰεὶ ἐν
Παρόδω. Pergimus.

Campanula minor rotundifolia Alpina C. B. *Rapunculus Alpinus minor rotundifolius* Moris. flore niveo reperi in Valle Angelimontana.

Caryophyllata Alpina Chamædryos folio Moris. *Chamædryos Alpina Cisti flore* C. B. *Chamædryos Alpina flore Fragariæ albo* J. B. *Spuria montana Cisti flore* Park. *Tucrium Alpinum Cisti flore* Ger. Frequens est hæc Planta in omnibus Alpium jugis.

Chamæmelum Alpinum inodorum C. B. *Leucanthemum Alpinum Clusii*, radicem habet saporis acris, unde fortè *Pyrethri Alpini* cognomen mutuò sumpsit Gesnerus: Ipsi certe *Pyrethro* pro *Masticatorio* substitui facilè & tutò posset in Medicina. Forte est hoc *Chamæmelum montanum Millefolii folio* Tour. Collegimus in valle Alpina *Waldnacht, auf Eck*, & ad radicem montis *Tittliaci* copiosè.

Chamænerion angustifolium Alpinum flore purpureo Tour. *Lysimachia Chamænerion dicta angustifolia*, C. B. & *Lysimachia Chamænerion dicta Alpina* C. B. Park. Non enim video, præeunte Raio, aliam inter duas hæcæ Casparo-Bauhinianas differentiam, quàm magnitudinis, quæ non variat speciem. *Lysimachia siliquosa speciosa angustifolia* J. B. *Lysimachia siliquosa angustifolia*, *Chamænerion Gesnero dicta* Park. *Chamænerion alterum angustifolium* Ger. ad ripam *Aa* fluvii, qui vallem Angelimontanam permeat. Ultra pedem hæc non affurgit.

Chamærhododendros Alpina glabra Tour. *Ledum Alpinum foliis ferreâ rubigine nigricantibus* C. B. *Nerium Alpinum quibusdam, aliis Ledum glabrum* J. B. *Chamærhododendros Alpigena* Ger. *Ledum Alpinum, sive Rosa Alpina* Park. Saxosis innascitur in valle Engstlana & passim alibi.

Chamærhododendros Alpina villosa Tour. *Balsamum Alpinum* Gesn. Lob. *Ledum Alpinum hirsutum* C. B. *Nerium Alpinum quibusdam, aliis Ledum hirsutum* J. B. *Ledum Alpinum, sive Rosa Alpina* Park. *Cistus Ledum Alpinum* Clus. Ger. Crescit, & latè floret in apricis Alpium Collibus ubique.

Chamærhododendros Alpina serpillifolia Tourn. *Chamæcistus serpillifolia floribus carneis* C. C. *Anonymos fruticosa foliis Ericæ bacciferae* J. B. Non dubito, quin eadem hæc sit cum *Chamærhododendro ferrugineâ supinâ Thymi folio Alpina* Bocc. Mus. p. 64. Tab. 53. Per saxa Alpium summorum reptat.

Chamerubus saxatilis C. B. *Rubus saxatilis* Ger. *Alpinus saxatilis* Park. *Alpinus humilis* J. B. Ad radicem montis Tittliaci.

Circea minima Col. *Circea Lutetiana minor* Park. *Solanifolia Circea Alpina* C. B. Iconem exactam habet Columna. In umbrosis ad radicem montis *Aubrig*.

Coralloides flava Tourn. *Fungus ramosus flavus* J. B. *Fungus ramosus* & *Imperati* C. B. *An Fungus digitatus major, atque etiam minor* C. B. Non finditur hic in ramos semper minores, minoresque, creberrimos, sed in Coralli aut paleæ crassitudine subsistit. In umbrosa sylva hunc Aurantii coloris Fungum reperii, Lucernam inter & pagum *Ebikon*; item in nemore sylvofo, *das Keferholz* dicto. Vid. Tab. III. fig. 3.

Tab. III. Fig. 3.

Coronilla minima Tourn. *Ferrum Equinum Gallicum* Park. *Ferrum Equinum Gallicum siliquis in summitate* C. B. *Polygalon Cortusi* J. B. In locis saxosis Vallis Angelimontanæ.

Cynoglossum minus J. B. C. B. *minus flore cæruleo* Park. *Cynoglossa minor montana serotina altera* Plinii Col. *Cynoglossum pumilum Austriacum alterum* Clus. Columnæ descriptio optimè convenit nostræ plantæ, quam pedalem & sesquipedalem invenimus in Torrente *Spreitenbach*, qui prope pagum ad *Lacum* defluit, item ad muros extra vicum *Altorfsum*. Est forsan *Anchusa parva foliis pilosis incanis floribus Buglossæ parvis*, quam circa *Pifas* in *Hetruria* vidit, & in *Pugillo Plant. Rar.* commemoravit *Mentzelius*.

Daucus Alpinus multifido longoque folio, sive montanus umbellâ candidâ C. B. In Alpibus *Surenensibus* locis petrosis innascitur; estque, quod *Joh. Bauhino* atque *Raio* subscribo, ipse *Daucus foliis Fœniculi tenuissimis* ipsius C. B. item *Daucus Creticus semine hirsuto* J. B. *Daucus Alpinus Cretico similis* Park. nec non *Creticus verus Dioscoridis* Ejsd. Labet hic observare, quod denominationes Plantarum à loco Natali vel solo patrio desumptæ minus sint congruæ, & ipsis sæpe Botanicis offundant nebulas, ut plantas in *Germania* nascentes non facilè pro *Creticis* agnoscere audeant, licet harum descriptionibus prorsus convenient. Subscribit nostræ huic de *Daucorum* synonymis sententiæ *Lobelius* *Advers.* p. 323. *Nec tamen, inquit id sola Creta fert, quippe Germanicæ Alpes non modò, sed etiam Genuensium Colles, & Genevensium circa Furam rupes hoc Cretico abundant.* Et mox: *Huic, quò sit minus Creticum, si quid deest, solum cælumve erit. Sane effigie nihil, viribus autem perparum abest.* Quid hoc emolumentum afferat Medicis atque *Pharmacopolis*, judicare facilè licet. Interest plurimum Botanicis, omnibusque aliis *Historiæ Naturalis* Scriptoribus, observare canonem illum.

illum Logicum de Conjunctis jungendis, & Disjunctis disjunctis, quò sic ab una parte prohibeatur Entium multiplicatio haud necessaria, ab altera verò promoveatur Naturalis Historiæ Incrementum. Hinc est, quò pollicem premam Raio, qui *Hist. Plant. p. 463. Daucum Tiburtium quibusdam J. B. pro differentià Cretico, vel Alpino nostro non habet. An sufficiens fuerit ratio accuratissimo Tournefortio dividendi Daucum multifido longoque folio C. B. quem vocat Ligusticum Alpinum multifido longoque folio, à Dauco foliis tenuissimis C. B. quem cum Morifono nuncupat Myrrhidem annuam semine striato incano villoso, peritioribus aliis judicandum relinquo. Descriptio Plantæ hujus Alpinæ, quam ipso in loco natali exaravi, & Johan-Bauhinianæ atque Lobelianæ accommodavi, esto sequens. Ex radice longa foris subfusca, intus alba, digitum crassa, sapore acri prædita, oriuntur caules teretes, striati, hirsuti, geniculati, è quorum singulis geniculis prodit folium, vaginæ instar caulem amplexans. Ubi hæc vagina terminatur, dividitur folium in tres ramos, quorum quilibet rursus in tres alios, & hi plerumque in tres alios dispersiuntur. Cauli summo, semipedalem, vel pedem unum alto, ejusque ramis infidet umbella mediocris magnitudinis florum exiguorum candidorum, pedicellis canescentibus hirsutisque hærentium, quorum calyx abit in bina semina longa, incana, villosa, acria, in filamenta duo, veluti cornicula terminata. Tota fere planta odorem habet Carui, cujus succedaneum, uti ipsius Dauci Cretici, fieri potest. In rupibus Surenesibus, Laubersgradt, & Tittliaci Montis.*

Delphinium perenne montanum villosum Aconiti folio Tourn. Aconitum cæruleum hirsutum flore Consolidæ Regalis C. B. Aconitum Lycoctonum cæruleum calcari magno J. B. Aconitum Lycoctonum hirsutum flore Delphini Ger. Aconitum flore Delphini majus Park. Aconitum Lycoctonum flore Delphini 1. Silesiacum Clus. In Alpibus Surenesibus.

Dens Leonis Alpinus minimus glaber Tourn. Hieracium alterum minus IV Col. min. cogn. Stirp. p. 29. Hieracium pumilum III. Eid. Fig. p. 31. Huic simile, inquit C. B. Prodr. p. 66. Hieracium pumilum saxatile asperum radice præmorsâ, solum in eo differens, quòd hoc hirsutum sit, illud glabrum. In Pascuis Alpinis passim.

Doronicum radice dulci C. B. Doronicum folio subrotundo serrato J. B. Doronicum brachiata radice Park. Huic simile, si non idem judicat Raius Hist. Plant. p. 275. Doronicum radice Scorpii brachiata C. B. Crescit passim in Alpibus, copiosè autem ad radicem montis Tittliaci, & in Jugo.

Doronicum Helveticum incanum C. B. Park. Idem forte est cum *Doronico folio longo serrato* J. B. quod suspicatur etiam Raius. Imò idem forsàn cum *Doronico Helvetico humili crassis foliis* C. B. quod à priori non aliter, quàm magnitudine differre videtur. Invenitur autem haud rarò ipsum *Doronicum Helv.* incanum, quod crassus etiam est foliis, caule satis brevi. Descriptio hæc est: *Radice* nititur validâ, *geniculatâ*, & *quasi squamatâ*, validis fibris donatâ, saporis Aromatici, coloris albi, ex qua oriuntur *Caules palmares, pedales, & cubitales*, albâ molliq; lanugine incani, & *Foliis* alternatim vestiti nullo ordine, inferioribus pediculis uncialibus & biuncialibus nixis; folia ipsa *uncias* quinque vel *sex* sunt longa, *sesquiunciam lata*, que caulem ambiunt pediculis carent, & gradatim sunt angustiora ac breviora; omnia sunt *crassa & densa, dentata & serrata, supernè saturatè viridia*, & lanugine albâ rarâ aspersa, *infernè ob incanam lanuginem mollia*, & *nervo albicante* per medium decurrente insignita. In summo caule ex alis foliorum oriuntur pediculi, vel *ramuli unciales & biunciales*, quorum *singuli sustinent florem mediæ magnitudinis pulchrum*, cujus corona constat ex *semiflosculis longiusculis* in extremo leviter sinuatis, aureoq; splendore fulgentibus; discus autem medius componitur ex *flosculis fistulosis*, instar *stellæ expansis*, quoque aureis: *Calyx* constat é pluribus foliolis tenuibus acuminatis, apicibus nigris, estque, uti tota planta, albâ lanugine incana. Copiosè crescit supra Vallem Alpinam *Waldnacht*.

Doronicum Plantaginis folio alterum C. B. *Doronicum Germanicum foliis semper ex adverso nascentibus villosis* J. B. *Doronicum Germanicum* Park. *Calendula Alpina* Ger. In Pratis Alpinis montis *Hacken*, aliisq; copiosè.

Euphrasia Helvetiorum parva luteis floribus, cujus inter varietates *Euphrasie Officinarum* meminit C. B. Pin. In Alpibus passim reperitur. Vocatur *Euphrasia lutea minima Alpina subrotundo folio nigricante* Boccon. Mus. p. 64. *Euphrasia minima lutea*. Tab. 60.

Galeopsis Alpina Betonica folio, flore variegato Tourn. *Pseudostachys Alpina* C. B. Exactè congruit Descriptioni, quam ex Prodrómo mutuò petiit Raius. Descriptio *Salvia Alpine* Tab. est equidem jejuna, talis tamen, quæ huic nostræ Plantæ melius congruit, quàm *Hormino luteo glutinoso* C. B. ad quod dubitanter retulit J. B. Crescit in dumetis Alpinis passim, sed & in monte *Uetliberg* prope Tigurum.

Gentiana Alpina latifolia magno flore C. B. Pin. *Gentianella Alpina latifolia magno flore* Eid. Prod. *Gentiana Alpina latifolia magno flore* Eid. Prod. *Gentiana Alpina pumila latifolia*

E.

G.

magno flore Tourn. Descripta est in Prodromo. Ab hac non differt specie *Gentianella Alpina angustifolia magno flore* C. B. In montibus Regio & Jugo.

Gentiana Alpina pumila verna major Tourn. *Gentianella Alpina verna major* C. B. *Gentianula, quæ Hippiion* J. B. Hinc inde in Alpium herbidis jugis, copiosè in *Ochsenstock* & *Sureneneck*.

Gentiana carulea Calyce turgido Raii. *Gentiana utriculis ventricosus* C. B. *Gentiana carulea cordata* Col. *Gentianella æstiva cordata* Park. Hæc species, verba sunt Raii Hist. Plant. p. 721. ab aliis *Gentianellis* in eo differt, quòd floris Tubus non eminent omninò supra calycem, sed foliola tantum, in quæ summa parte dividitur, expanduntur supra eum, ut in *Caryophyllis*. Descriptionibus Columellianæ & Rajanæ adde, quòd nervus foliolorum caules vestientium fit atro-purpureus, ipseque; calyx pentagonus, purpureis lineis sæpe variegatus, vel striatus. In montibus *Jugo* & *Ochsenstock*.

Geum palustre minus foliis oblongis crenatis Tourn. *Cotyledon aquatica hirsuta* Raii. *Sanicule Alpine aliquatenus affinis* J. B. *Sanicula montana minor* C. B. Prodr. *Sanicula montana rotundifolia minor* Eid. Pin. *Sanicule montanæ alterius species secunda* Clus. Has omnes, præeunte Raio Hist. Plant. p. 1046. 1047. pro una eademque; Planta agnosco. Descriptionibus Bauhinianis, Rajanis & Clusianis unicum hoc addo, petala florum candida esse punctulis plerumque; duobus luteis, sive maculis flavis notata, quæ notâ speciatim signatur *Cotyledon aquatica hirsuta* Raij. In locis à Kivis vel Torrentibus irriguis Alpium Surenensium, & ad *Lacum Triüppensem*, quæ itur ad montis *Joch* verticem, & alibi passim ad Alpium imas radices humidas.

Globularia montana humillima repens Tourn. *Bellis carulea montana frutescens* C. B. *Apyllanti affinis Scabiosa quinta* Clusii, *Bellidi affinis* J. B. *Scabiosa minima Bellidis folio* Ger. *Scabiosa Globulariæ Bellidis foliis* Park. In saxosis Alpium; in valle Angelimontanâ ad viam, quæ aditur casa Alpina die *Herrenrüti*.

Gramen avenaceum spicâ simplici, locustis densissimis candicantibus & lanuginosis Tourn. Vid. Tab. IV. Fig. 1. Epitheton hocce do Gramini specioso, quod è muris hortorum dependens collegi Altorffi in vico, cujusque; facies est sequens: Radix constat è pluribus bulbulis exiguis invicem adjunctis, è quibus demittuntur fibræ multæ capillares, vel etiam fuscæ; bulbuli ipsi obvolvuntur foliis quibusdam aridis striatis angustis, quæ aliquousque etiam caulem ipsum investiant. Caulis cubitalis est, & sesquicubitalis, tenuis, geniculatus, è cujus singulis geniculis nascitur folium unicum, caulem aliquousque

Tab. IV.



Sumptibus D. Tancredi Robinson, M.D. Coll. Med. Lond. et Societ. Reg. Socii.



Juniperus communis L. var. *horizontalis* Moench. (The text is mirrored and appears to be bleed-through from the reverse side of the page.)

Tab. V



Handwritten text, likely a species name or description, written in a cursive script.

Tab. V.



Sumptibus D. Jacobi Petiver, Societatis Regia Londinensis Socii.

quousque instar vaginæ involvens, angustum, striatum, glabrum, marginibus in se convolutis, unde cylindricum fere videtur. Summo cauli infidet *Spica* palmaris, pulchra, tota candicans, & ob plumosam lanuginem, quâ vestita est, aspectu tactuq; jucunda. Composita hæc est ex plurimis locustis, quæ singulæ constant duplici serie foliolorum acuminatorum, albidorum, glabrorum, pellucidorum & striatorum, quas sequitur lanugo tenerrima alba, foliolis albis angustissimis insitens, quæ quaquaversum se spargit. In medio locustæ continetur semen oblongum, utrinq; acuminatum, ex subflavo pellucidum. An hoc ipsum sit *Gramen Tournefortii Avenaceum*, vel aliud, quod novum mereatur Titulum, judicabit ex collatione suorum Graminum ipse hic Celeberrimus Botanicus.

Gramen montanum spicâ foliaceâ gramineâ Raii Phyt. Britt. Tab. IV. Fig. 2. IV. Fig. 2. Simile profus est *Gramini arvensi paniculâ crispâ* C. B. five *Gramini cum paniculâ molli rubente* J. B. sed Spicam habet laxiorem & speciosiore. Observavi hanc Graminis speciem in omnibus Alpium pascuis herbis.

Gramen cirrosâ & villosâ spongiâ ad singula genicula donatum, paniculatum minimum, Alpinum Bocc. Mus. p. 70. *Gramen cirrosâ & villosâ spongiolis ad singula genicula donatum* Eid. Tab. 69. Vid. Tab. V. Fig. 1. V. Fig. 1. Quod invenit Bocconus in opacis nemoribus Montium Mutinensium & Bononiensium, palmum Geometricum altum, hoc offendi ego in Valle Angelimontana, prope cavernam metalliferam *Bruderloch*, in solo lutofo, vitriolico succo imprægnato, terrâ item pingui & nigrâ aliâ, pedem & ultra altum. Descriptio hæc est: E radice filamentosa alba surgunt *cauliculi* plures prætenues, graciles, débiles, geniculati, è quorum geniculis singulis prodit *folium* angustum, tenue, palmum circiter longum, quod tertiâ longitudinis suæ parte intervallum dimidium vaginæ instar obvolvit. *Genicula* aliqua, non omnia, firmare quasi vel vincire videtur nodus albicans cirrosus. Cauliculorum extremum occupat *panicula* tenuis, delicata, cujus *Locustæ* exiguæ, dilutè virentes insident pedicellis capillaribus tenuissimis.

Gramen foliolis junceis brevibus minus C. B. *Gramen exile durius* Lob. à *Gramine foliolis junceis brevibus majore, radice nigrâ* C. B. in Prodr. descripto, non differre videtur, nisi magnitudine. Ex radice capillatâ nigrâ *folia juncea, rarius duas trësve uncias superantia, prodeunt*, quæ in Alpino hoc nostro Gramine sunt copiosissima, capillorum instar tenuia, inter quæ *culmus tenuissimus levis*, uno alterove folio vestitus, cujus summo glumi minimi alternatim dispositi sunt. *Auf Sureneneck.*

Gramen Sparteum juncifolium C. B. *Spartum parvum* Lobelii J. B. *Spartum nostras parvum* Lob. Ger. emac. App. *Spartum parvum Batavicum* & *Anglicum* Park. Alpium quoq; est incola, Alpicolis Netsch dici solitus.

Gramen capillaceum locustellis pennatis, non aristatis Raii Hist. Plant. p. 1288.

Gramini cyperoidi ex monte Ballon simile, spicâ totali é pluribus spicis compositâ Raii. An *Gramen cyperoides elegans multiferâ spicâ* Park. *Radices* sunt flavescentes & subnigræ fibrosæ, é quibus surgunt *caules* triquetri, enodes, asperis foliis carinatis, quæ culmis sæpe sunt longiora, infernè & ad medium usque, aliquando ad spicam usque, veluti totidem vaginis obvoluti, semipedales & cubitales. *Spicam habet é spicis multò pluribus & densius stipatis compositam, nec ejusdem magnitudinis omnibus, sed sursum versus cacumen minoribus, donec tandem in unam simplicem majusculam spicam terminentur, coloris est ferruginei, & initio ad tactum mollis.* In palustribus ad Lacum Felinum.

H. *Hedysarum Alpinum siliquâ levi flore purpuro-cæruleo* Tourn. *Onobrychis semine clypeato levi* C. B. Pin. *Onobrychis clypeata levis* Eid. Prodr. In herbofis montis Pilati jugis, & ad radicem montis Tittliaci.

Helleborus niger Ranunculi folio flore globoso majore Tourn. *Ranunculus montanus Aconiti folio flore globoso* C. B. *Ranunculus flore globoso, quibusdam Trollius flos* J. B. *Petala* in quibusdam sunt multiplicata, ut flos plenus videatur. In omnibus pascuis Alpinis crescit, nec unquam á pecore tangitur.

Hieracium Alpinum villosum latifolium magno flore C. B. *Hieracium Alpinum hirsuto folio* 5. *Clusii quodammodo incanum* J. B. Descriptioni, quam habent ex Clusio J. B. & Raius, satis bene respondet. Quæ ego observavi, Clusianis ita immisceo: *Radix* est fibrosa, *fibris* validis, longis, subfuscis prædita, ex qua surgit *caulis* spithamæus & pedalis, ad radicem purpurascens, supernè viridis, totus albâ lanugine pubescens; pili ipsi oriri videntur ex nigra quadam breviq; calyptra, vel vaginula. *Caulem* ipsum vestiunt nullo certo servato ordine *folia* alterna, inferiora palmum plus minus longa, unciam vel semunciam lata, acuminata, & denticulis paucis ferrata, quorum medium percurrit vena insignis, ab exortu folii lævi purpura tinctâ; superiora breviora & latiora, omnia caulem latâ basi amplectuntur, & molli crispâque lanugine admodum sunt hirsuta, imò quodammodo incana: Summo cauli insidet *Flos* pulcher, constans ex flosculis plurimis semifistulosis, ex quorum vagina seu fistula prodit filamentum
in

in duos cirros convolutos desinens; flosculorum horum, seu petalorum extremitas in aliquot denticulos, haud tamen profundè, secatur: *Calyx* floris constat ex plurimis foliolis longis, acuminatis, densâ albâque lanugine pubescentibus. *Flos ipse in pappos cum suo brevi, & nigro semine evanescit.* In Alpium herbidis crescit.

Hieracium Dentis Leonis folio obtuso minus C. B. Descriptioni convenit, nisi quòd *folia non sint crassa & aspera*, sed tenuia, glabra, nec *caulis per totum levis & nudus*, sed ad calycem, sicuti hic ipse, hirsutie asper, & foliolo oblongo, haud longè à radice vestitus, striatus, *flores denique non pallide latei*, sed *ex flavo ferrugineo holosericeam telam fere imitantes*, uti in *Tanaceto seu Flore Africano minori* C. B. ut hinc forte possit Alpina hæc in Pratis & Pascuis altioribus passim obvia Planta ad differentiam aliorum Hieraciorum nuncupari, *Hieracium Dentis Leonis folio obtuso minus Alpinum flore ferrugineo.*

Hieracium latifolium montanum Genevense folio Conyzæ majoris Monspessulanae J. B. Ad radices Alpium, in Valle Angelimontana. Idem forsitan est cum *Hieracio montano Cichorii folio* Raij, seu *Hieracio Alpino aspero Conyzæ facie* C. B.

Hieracium montanum majus latifolium J. B. *latifolium montanum* Ger. *emac. montanum latifolium glabrum majus* C. B. Park.

Jacobæa Alpina foliis rotundis serratis C. B. *Conyzæ Alpinae* J.
genus Gesn. Hort. & Descr. Fract. *Conyza montana* Ges. Col. *Jacobæa latifolia altera* Clus. Pann. *Jacobæa* 4. vel *latifolia* 2. Eid. Hist. *Alpicolis Bône, Bôni, Goldkraut, Höpfen* dicitur. Vulgarissima est ad radices Alpium, ad vias ubique & stabula in terra pingui latè crescens, Bobus, Vaccis & Capris ob venenosam suam qualitatem intacta, de qua referunt Alpicolæ, eam Pfilothri ad instar Ovium pilos, si forte quædam super hanc herbam decubuerint evel-
lere, cutimque denudare. Retulit aliquando Montem Pilati conscendenti Avo meo paterno piæ memoriæ Ἰσχυρὸς, famulum suum haulto vino, cui Radices hæc infuderat, ad necem ferme perpurgatum fuisse. Referri huc, ni fallor, debent *Jacobæa montana integro*
{ *rotundo* } *folio* Barr. Boccon. & *Jacobæa montana Betonice fo-*
{ *sublongo* } *lio* Eorund.

Funcus Alpinus capitulo glomerato è nigro splendente. Tab. V. Tab. V. Fig. 2.
Fig. 2. E radice fibrosa subfusca plures simul veluti è cespite exeunt scirpi sesquipalmares, semipedales & altiores, quos inter sese erigunt *folia paulo minora, in acutum mucronem desinentia, juncea, rigida, medullâ albâ farcta*: *Caules floriferi & folia ad radicem investuntur*

vaginis fusco-pallidis. Sescunciam circiter vel unciam a caulis summo est geniculum, quod obvolvitur folio vaginali, mucronem caulis superante ad unciam unam vel duas. Scirpi ipsius summum occupat capitulum e pluribus folliculis glomeratum, atrosplendens. Formetur, rogo iudicium ex descriptione hac & Figura, annon sit idem hic cum *Funco Lithospermi semine* Hort. Reg. Blaf. & Parif. quem describit atque depingit Magnol. *Plant. circa Monspel. nascent.* In summo montis *Ochsenstock.*

Funcus parvus calamo supra paniculam compactam longius producto Raij Hist. Pl. p. 1305. Nostras ultra 3. vel 4. uncias non affurgit, ceterum cum Raiano convenit. In summis Alpibus Surenensibus.

Funcus acumine reflexo trifidus C. B. Prod. & Theat.

Funcus acumine reflexo minor vel trifidus Eid. Pin. *Funcus trifidus* J. B. Respondet prorsus Descriptionibus Bauhinianis. In saxorum rimis in monte Jugo.

Funcus Alpinus cum cauda Leporina J. B. *Funcus Alpinus capitulo lanuginoso, sive Scenolaguros* C. B. *Gramen Funcoides lanatum alterum Danicum* Park. Radices habet parvas, fibrosas, fragiles, albas si recentes fuerint, subnigras si adultæ. E radicibus surgunt folia junca trigona, propter terram stipata, plurima, longitudine disparia, quorum longissima non duntaxat palmaria, sed & pedalia, & cubitalia, aliquando ipsum caulem superantia, quæ vaginatim sese ad exortum involvunt, ibique rufescunt. Inter folia surgunt culmi non spithamæi duntaxat, sed & pedales, & cubitales, tribus quatuorve geniculis distincti, quorum singula obvolvitur folium vaginale. Fastigiantur culmi singuli in turbinatam caudam, canescentibus tomentosis squamis compactilem, mollitie holofericum provocantem, quæ haud multum Leporum caudæ est dissimilis, & inde *σκεινολαγύρι* nomen plantæ dedit. Cultro Anatomico subiecta cauda hæc exhibet squamas numerosas e lata basi in acutum mucronem terminatas, colore nigricantes, & diaphanas, quarum singulis subest fermen oblongum, foliaceo margine cinctum, & in capillare filamentum subflavum terminatum, nec non lanugine candida lanæ simili cinctum. Circa Lacum Felinum Agri Tigurini altior, circa Lacus montanos, locis uliginosis, humilior crescit.

L:

Leucanthemum Alpinum foliis profundè incisiss Tour. Hoc nomine digna mihi videtur plantula palmum circiter alta, e cujus radice fibrosa prodeunt statim foliola plura, e pediculo longiori in 4. ac 5. lacinias profundè divisa, reliqua foliola cauli sunt im-

immediatè adnata; caulis ipse maxima sui parte est nudus, hirsutus, & sustinet florem, cujus coronam constituunt petala longiora, in extremo in tres denticulos divisa, unguibus flavis, candida; discum autem flosculi fistulosi; calyx sese habet ut in aliis *Leucanthemis*. Videtur mihi *Leucanthemum* hocce idem cum *Bellide minima erecta, foliolis ad caulem adnatis* Boccon. Mus. p. 162. quam vocat *Bellidem foliolis ad caulem adnatis*. Tab. 116. *Bellidem foliolis lacinatis ad caulem adnatis*. Tab. 124.

Lichen pyxidatus & corniculatus prolifer. Pertinet ad *Lichenes pyxidatos, ac tubulatos Tournefortii, Muscivæ corniculatum fistulosum candidum* Bocc. Mus. p. 149. Tab. 107. annexa Tabulæ 128. Variant enim hi multis modis. Aliquando sunt Tubuli simplices, in apices acutos terminati, aliquando ramosi. Nunc aperiunt sese corniculi in pyxides, majores minoresve; nunc, ut in præsentî specie, ex ipsis pyxidum marginibus prodeunt corniculi alij, qui vel in acutum mucronem, vel novas, sed prioribus minores pyxides desinunt. Vid. Tab. V. Fig. 3. *Saxis Tab. V. Fig. 3. innatum* vidimus in *Alpibus Surenenfibus*.

Ligusticum, quod Seseli Officinarum C. B. Seseli, sive Siler montanum vulgare J. B. Siler montanum Officinarum Lob. Ger. *Siler montanum, vulgò Silesios* Park. In locis Alpium saxosis; ex ipsis etiam petris ad Lacus, Rivarium, & Quatuor Civitatum *Sylvestrium* procrefcit.

Liliastrum Alpinum minus Tour. *Phalangium magno flore C. B. Phalangium flore Lili J. B. Allobrogicum* Park. *Allobrogicum majus* Clus. *Phalangium Antiquorum* Ger. emac. In via montosa quâ ex *Alpe Waldnacht* conscenditur *Alpium Surenenfium* summum fastigium. Descriptio extat apud Scriptores.

Linaria quadrifolia supina C. B. Linaria purpurea parva J. B. quadrifolia Alpina Park. Passim hæc in *Alpibus Helveticis* reperitur, & apud Auctores Botanicos exactè describitur. Invenimus nos in saxosis *auf Sureneneck, in Waldnacht, auf dem Foch, und an dem fufs des Tittlibergs*;

Lonchitis aspera C. B. Lonchitis altera cum folio denticulato, sive Lonchitis altera Matth. J. B. *Lonchitis aspera major*. Ger. *aspera major Matthiolo* Park. Descriptionibus respondet. Ad radices *Alpium præsertim auf Trüppensee*.

Lychnis Alpina glabra Caryophylli Holostei flore Morif. *Lychnis Alpina Lini folio multiflora peramplâ radice* Tour. Confero hanc cum *Caryophyllo Alpino, crasso Linariæ folio, calycibus variegatis* Bocc. Mus. p. 23. Tab. 5. In montibus *Tittlisberg, Foch, & Ochsenstock.*

Matri-

M.

Matricaria Tanaceti folio, flore minore, semine umbilicato Tour. *Tanacetum montanum inodorum minore flore* C. B. *Tanacetum inodorum* 2. Clus. In umbrosis nemoribus ac sylvis Vallis Angelimontanæ.

Muscus palustris, terrestri similis Raij *Hist. Plant. p. 123.* *Muscus squamosus palustris candicans molissimus* Tour. *Hist. des Plant. aux environs de Paris. p. 505.* Inveni hunc Muscum in nemoribus umbrosis & udis, conscendendo montem *Aubrig*, in locis palustribus prope *Eremum Virginis*, in nemoribus & sylvis inter *Hinweil* & *Gossau*, Agri Tigurini; crescit etiam copiosissimè circa Lacum Felinum, ubi Roris Solis est veluti basis & habitaculum. Observant bene Raius & Tournefortius, esse hunc *Muscum palustrem* Dod. licet non villosum, tactu tamen mollem & delicatum, sed non confundi debere cum *Musco Terrestri vulgari*, licet revera Icon Lobelii, quam Musco huic terrestri dat, Musco palustri magis conveniat. Descriptiones hujus Plantæ adfunt nullæ, uti nec Icones exquisitæ, ut proin non abs re fuerit, Musci

Tab. V. Fig. 4. hanc speciem vivis coloribus depingere *Tab. V. Fig. 4.* In montosis & sylvosis vegetius crescit hic Muscus, altiùsque surgit, quàm in planis palustribus, ut primo intuitu unus ab altero differre videatur, & prior ille montanus sub nomine peculiari *Musci stellati* & *caudati*, caule alato præditi venire queat. Surgit ad uncias duas ac tres viticulis crassiusculis, nunc simplicibus, nunc ramosis, & per totam caulis longitudinem tenuis albidioribus veluti alatis. In summo fert stellulas diluti viroris plures, qui corymbum fere efformant. Folia per totam caulis longitudinem alterno situ disponuntur numerosa, spicata vel caudata, ubique terna, ab exortu crassiuscula, mox gracilentia, tandèmq; in acutum definentia, unciam dimidiam longa, squamulis seu foliolis exiguis squamosis constantia.

Muscus terrestris cupressinus nanus Styriensis Bocc. *Mus. 161.* malè expressus *Tab. 108.* Describitur ita: *Questa pianta manda i suoi brevi surculi strati per terra, complicati, e ammucchiati insieme; alza da terra essi surculi due onzie Geometriche, & imitano la dentatura, é la struttura delle foglie di Cipresso; e quando invecchia, acquista un colore cineritio cangiante verso le estremità de surculi.* Non dubito, quin Muscus idem hic sit cum *Musco clavato foliis Cupressi* C. B. *clavato cupressiformi* Park. *terrestri ramoso pulchro* J. B. *Sabinà sylvestri* Tragi. Reperitur in via, quâ aditur vertex montis *Foch*.

Muscus



Handwritten text at the bottom of the page, likely a title or description, written in a cursive script. The text is mirrored and difficult to read due to its orientation and fading.

Tab. VI.



Sumptibus D. Guilielmi Comper Chirurgi, Societatis Regiæ Socii.

Muscus terrestris repens clavis singularibus foliosis erectis Rajj Hist. Plant. p. 121. Vid. Tab. VI. fig. 1. Descriptioni Ra-Tab. VI. Fig. 1. janæ adde, quòd folia sæpissime sint minutissimis spinulis marginata. Inveni hunc Muscum in Valle Angelimontana, Cœnobium inter, & casam Alpinam, *Herrenrütli*, locis sterilibus inter gramina clavas suas erigentem. Forsan est hic *Muscus squamosus repens tenuissimis foliis* Tour. seu *Muscus terrestris repens humilior, tenuissimis foliis, clavis foliosis erectis* Morison.

Exhibet Tab. VI. fig. 2. *Musci terrestris*, quem modo descripsi-Tab. VI. Fig. 2. mus, speciem alteram à Raio commemoratam, in montibus Gallie Narbonensis repertam, quæ crassiores priori habet cauliculos, non est repens, ramulis ab eodem pede plurimis confertis enascentibus, quorum summitates consimiliter (ac in repente) in clavas foliosas extumescunt. Accuratiores descriptio hæc esto: Ex una radice fibrosa, nigricante, surgunt *Surculi* aliquot crassi, plerumque recurvi, folijs undiq; vestiti creberrimis, è saturo virore splendentibus, instar Abietinorum vel Juniperorum acutis. Ex foliorum interval- lis prodeunt hinc inde *stosculi* flavicantes, petalis instructi etiam rigidioribus, & inæqualibus, longioribus scilicet alijs, alijs brevioribus: Surculi five cauliculi omnes fere sunt bifidi, & hi rursus in binos, rarius ternos ramos subdivisi. In foliorum alis latent vesiculæ subluteæ reniformes, pulvere minutissimo luteo refertæ, quæ maturitate suâ per dorsum dehiscunt, & pulverem contentum in aera spargunt. *Clavæ nec pediculis longis tenuibus insident, nec Fulos seu nucamenta referunt, ut in Lycopodio, sed reliquo cauli similes, & foliis similibus cinctæ sunt, in majorem duntaxat crassitudinem intumescunt, ob semina in alis foliorum contenta.* In fissuris saxorum hæret, in montibus *Fracto, & Fugo*.

Muscus Coralloides apicibus coccineis Raii, & altera quidem species, cujus summitates non cornutæ sunt aut rigida, sed potius molles, apices etiam coccinei obtusi Hist. Plant. p. 113. *Muscus multiformiter pyxidatus apicibus coccineis* Plot. *Lichen pyxidatus Acitabulorum oris coccineis & tumentibus* Tourn. Cinereus est totus, digitum unum, vel dimidium, altus, cujus summo insidet capitulum tumidum, pulchro coccineo colore tinctum. Hunc Lichenem aliquando reperias ramosum, ramulorum extremitatibus singulis in coccineum capitellum terminatis. Nascitur passim in uliginosis, ad arborum putrefactas radices, & circa Lacum Felinum.

N.

Nasturtium Alpinum tenuissimè divisum J. B. *Nasturtium Alpinum tenuissimè divisum* C. B. *Cardamine pusilla saxatilis* *Stachys* Col. qui optimè hanc plantulam describit, & iconem addit p. 274. *min. cognit. Stirp.* Invenitur in omnibus Alpibus, locis saxosis, & irriguis.

Nasturtium Alpinum Bellidis folio minus C. B. *Sinapi pumilum Alpinum folio Bellidis Clusio* J. B. *Cardamine pumila Bellidis folio Alpina* Ger. emac. *Plantula Cardamines alterius amula Clusii* Park. Ex radice lignosa, longiuscula, fibrosa, alba, surgunt cauliculi unciales, biunciales, & palmares, circa quos ad radicem folia sunt multa oblongo-rotunda, *Bellidis foliis non dissimilia*, pediculis suffulta semuncialibus & uncialibus; caules ipsi etiam sepiuntur talibus foliolis, sed paucioribus, & pediculo brevissimo hærentibus: In summo caulis sunt flores veluti in umbellâ dispositi, tetrapetali, albi; calyx tetraphyllos quoque est, foliorum apicibus nigricantibus; stylus abit in siliquam, sive corniculum, semen continens exiguum, planum, rufescens, nonnullâ acrimoniâ præditum. In monte *Foch scopulis inhaeret.*

O.

Onobrychis floribus Viciæ majoribus cæruleo-purpurascens, vel foliis *Tragacanthæ* C. B. *Astragalus quidam montanus*, vel *Onobrychis aliis* J. B. Hujus descriptioni satis bene convenit nostra planta, non item figuræ, quod de sua in altissimo vertice montis *Juræ Thuiri dicto* quoque observavit *Raius Hist. Plant.* p. 937. Confero *Astragalum Alpinum, foliis Viciæ, ramosum & procumbentem, flore glomerato oblongo cæruleo* *Tourn.* Locum natalem præbent *Alpes Surenenses, montes Foch & Tittli-berg.*

Orchis palmata angustifolia Alpina nigro flore C. B. *Orchis palmata minor odoratissima purpurea, sive nigra* J. B. *palmata angustifolia Alpina* Park. Ab odore *Alpicolis* quibusdam *Brende, Brändlin,* aliis ex colore *Möbrlin, Möhrenkopflin* dicitur, nec nisi in Editissimis Alpium jugis communiter reperitur.

Orobanche radice dentatâ major C. B. *Dentaria major Matthiolo* Ger. *Orobanche radice dentatâ, sive Dentaria major Matthiolo* Park. *Anblatum Cordi, sive Aphyllon* J. B. Descriptioni *Johan-Bauhinianæ*, quæ optimè quadrat nostræ Plantæ, addo, quod radix non tam fit dentata, quam *mira squamarum denticularum congerie stipata*, tali scilicet, quæ constat ex squamis succulentis semicircularibus, Soleæ equinæ ferræ destitutæ similibus, binis ex adverso, sed alternatim semper oppositis, eidem trunco radicali affixis. Est caulis totus hirsutus, ut & calyx, isque in segmenta

qua-

quatuor inæqualia, bina superiora majora, & inferiora minora, sectus, coloris non herbacei, sed carnei, prout ipsi flores, de quibus notandum, esse carnei coloris potius, quam *ex ruffo* vel *purpuro candicantes*, quamvis non negaverim, posse variare colorem pro diversitate Soli. *Vasculum seminale* sese aperit nunc in bina, nunc in terna loculamenta, septo nullo intermedio distincta, quibus singulis inest placenta botryoides, feminibus facta non minutissimis, sed grandioribus nigris, asperiusculis, veluti striatis; aliquando in eodem caule aperiunt sese Vascula seminalia inferiora in tria, superiora in bina segmenta. Cæterum notari volo, esse hanc nostram Plantam ipsissimam illam, quam sub peculiari *Orobanches radice dentatâ altius radicatâ foliis & floribus albo-purpureis* nomine descripsit atque depinxit Mentzelius in *Pugillo Plantar. rarior.* Invenitur apud nos in sylva *das Käferholz* dicta.

Osmunda foliis lunatis Tourn. *Lunaria racemosa minor & vulgaris* C. B. *Lunaria Botrytis* J. B. *Lunaria minor* Ger. Park. In saxorum superficiebus herbidis *auf Ober Trüppensee.*

Pedicularis bulbosa J. B. *Filipendula montana flore Pedicularia* C. B. *Filipendula montana major albida* Park. *montana* Ger. *Alectorolophos Alpinus major* 1. Clus. Dubitat J. B. an sit Gesneri *Herba foliis Aspleno similis* descript. Mont. Fract. adeoque & *Pedicularis Alpina folio Ceterach* C. B. Non aliam ego unam inter & alteram invenio differentiam, quam quod *Pedicularis folio Ceterach* rarò palmum altitudine exsuperet, cæterum ratione florum, foliorum, radicum & vasculorum seminalium conveniunt; ut hinc utraque venire possit sub uno *Pedicularis Alpina Asphodeli radice purpurascente flore* Titulo apud Tournes.

P.

Pedicularis Alpinae Filicis folio major C. B. *Pedicularis major Dalechampij* J. B. *Pedicularis major Alpina* Park. In monte *Foch.*

Polygalon Gesneri J. B. *Onobrychis foliis Viciae fructu echinato major* C. B. *Caput Gallinaceum Belgicum* Lob. Adv. Floribus est dilutè rubentibus. Ad radicem Montis Tittliaci, supra casam Alpinam Cœnobialem, *die Herrenrüti.*

Quinquefolium montanum erectum luteum hirsutum C. B. Prod. *Pentaphyllum montanum* Park. Ex radice longâ, nigricante & fibrosâ oriuntur caules tenues, *sesquipalmares, in summo multifili, & molli lanugine pubescentes; folia ad radicem multa, pediculis uncialibus & biuncialibus donata, in quinque lacinias, per oras serratas, & pilosas, ad pediculum usque divisa. Caules ipsi sunt*

2.

Iter Alpinum Primum.

geniculati, adstatq; geniculis singulis folium, etiam in laciniâ aliquot divisum. Extremis ramulis infidet *flos aureus*, pentapetalos, *parvus*, petalis singulis cordatis, seu sinuatis; medium floris occupat *capitulum aliorum* (pentaphyllorum) *more staminulis* luteis vel *croceis*, & apicibus concoloribus, vel etiam nigricantibus onustis oblitum. *Calyx*, ut in aliis *Quinquefoliis*, constat ex foliis decem, quinq; majoribus, totidemq; minoribus, alternatim dispositis, villosis. Tota planta reptat, & humi procumbit, multumq; convenit, imò forsan eadem est cum *Quinquefolio minori repente aereo* C. B. *Pentaphylloque parvo hirsuto* J. B. In herbosis Alpium jugis, speciatim *aus* *Joch*.

R. *Ranunculus saxatilis magno flore* C. B. Prod. E radice crassâ, ex oblongis fibris capillaribus compositâ, prodeunt primò folia viridia, infernè subhirsuta, crassiuscula, subrotunda, in tres laciniâ, & hæ in binas vel ternas acutas, divisa, oblongis pedicellis nonnihil lanuginosis donata; inter quæ cauliculus palmo minor, tenuis, lanuginosus, cujus summo flos magnus aureus, splendens, pentapetalus, multis in medio staminibus flavis vel rufescentibus præditus, & calyce subflavo pentaphyllo sustentatus. Variant in hac plantæ foliorum incisuræ & laciniæ. In montium Surenensium, Jugi, & Laubersgradt summis fastigiis.

Ranunculus Alpinus humilis rotundifolius flore majore C. B. *Ranunculus montanus minimus* Gef. Hort. *Ranunculi montani primi species* 2. Clus. E radice crassiusculâ, & fibris longis albis præditâ, per terram sparguntur folia pediculis uncialibus & biuncialibus nixa, crassa, succulenta, in laciniâ profundas tres, & hæ rursus in alias, subdivisa, gustu acri caustico prædita, in divisuris suis laciniosis multum variantia, ita ut lacinia media aliquando in tres quatuorve alias incisuras sit subdivisa, alibi in longum protensa Linguae instar integra: Cauliculus est glaber, palmo minor, super medietatem foliolo vestitus, sustinetq; *florem niveum* magnam pentapetalum, petalis singulis cordatis: *Stamina* subflava sustentant *apices* croceos: *Calyx* floris pentaphyllos est, albus, pellucidus, & subinde versus apicem purpurascens. J. B. hunc cum antecedente, imò & cum *Ranunculo Alpino humili rotundifolio flore minore* C. B. conjungit, omnesq; hos comprehendit sub uno *Ranunculi minimi Alpini albi & lutei* Titulo Hist. Plant. T. III. App. p. 845. Omnes autem hos, & recte quidem rursus separat Raius Hist. Plant. p. 590. Copiosè reperitur in Alpiibus Surenensibus, & Tittliaco monte.

Ranunculus montanus lanuginosus foliis Ranunculi pratensis repentis C. B. Prod. Idem mihi videtur cum *Ranunculo magno valde hirsuto flore luteo* J. B. Ad radices Tittliaci montis.

Ranunculus montanus hirsutus purpurascente flore C. B. *Ranunculus montanus albus hirsutus* J. B. *montanus Pennæi* Park. *montanus hirsutus purpureus* Ger. emac. Descriptionem vide apud Bauhinos. Crescit in saxosis Alpium verticibus.

Ranunculi genus folio serrato rotundiore J. B. Descriptioni prorsus convenit, etiam in hoc, quod *flores exeant singulares è foliorum sinibus*, prouti eos repræsentat figura J. B. non autem *tres quatuorve simul in eodem communi pediculo*, quemadmodum adnotavit Raius. Forfan huc pertinet *Ranunculus Alpinus Teucræi folio rhomboidalis* Bocc. Mus. p. 75. & *Campanula Alpina Teucræi folio angulato* Tourn.

Ranunculus umbellatus folio gramineo C. B. *Ranunculus folio gramineo* Tour. *minimus folio tenui gramineo* J. B. *Ranuncium alterum angustifolium Alpinum* Col. Iconibus atque descriptionibus respondet. In montibus *Foch, Ochsenstock, & Alpibus Surenenfibus*.

Salix pumila folio rotundo J. B. *Round leaved Dwarf Willow of the Mountains* Raij. Descriptionem J. B. exæquat. Ad radicem Tittliaci.

Salix latifolia, folio utrinque glabro, supernè splendente Raij. *Salix pumila latifolia prior* Clus. *Salix pumila repens* Lob. Est insuper *Salix pumila folio utrinque glabro* J. B. videturq; *Salicis Alpina pumila rotundifoliae repentis, quæ infernè est cinerea*, C. B. varietas. Ad radicem Tittliaci.

Salix Alpina minima repens, retuso Serpilli folio lucido Bocc. Mus. p. 18. *Salix Alpina Serpilli folio lucido* Eid. Tab. I. ubi figuram exhibet satis exactam. Pro Synonyma habet Tournefortius *Salicem saxatilem minimam* C. B. nec absq; ratione: Convenit quippe hujus descriptio, si magnitudinem excipias; nostra enim *Salix non emittit semper caudicem semuncialem, sed semipedalem, atq; etiam majorem, qui in plures ramulos terræ incumbentes dividitur, cortice tectos viridi luteo, vel obscuriori colore: Folia sunt parva, oblonga, subrotunda, supernè atro-virentia, seu ex saturo virore splendentia, infernè dilutiora, venosa, plura simul ex una gemma exeuntia, semunciam longitudine, & scrupulos duos vel tres latitudine vix superantia: Medium foliorum occupatculus, ex flosculis non densè stipatis compositus, flosculus autem quilibet pediculo brevissimo, aut planè nullo nititur, constatq; ex tribus foliolis,*

S.

foliis, quorum inferius latiusculum est, in summo obtusum, vel leviter sinuatum, reliqua duo exilia sunt, brevia & gracilia, inter quæ surgunt Stamina albida, apicibus luteis nigro puncto notatis onusta. Observat optimè Bocconus, quòd folia non semper & ubiq; sint parva, Serpillo similia, sed in montibus, locisq; pinguioribus quadruplo ampliora. Per saxorum superficies prorepat in montibus *Joch, Laubersgradt, & Surenenfibus.*

Salvia montana maxima foliis Hormini, flore flavescente Tour. *Horminum lateum glutinosum* C. B. *Galeopsis species lutea viscida odorata nemorensis* J. B. *Odorata, & viribus Balsamica* est planta, *Salviæ hortensi* facilè substituenda; cum successu imponunt Alpicolæ folia tumoribus maturandis.

Saxifraga Alpina Ericoides flore purpurascente Tour. *Sedum Alpinum Ericoides purpurascens* C. B. In Prodr. describitur. Innascitur faxis humidis *im Horbis*, aliisq; locis Vallis Angelimontanæ.

Scabiosa montana glabra, foliis Scabiosæ vulgaris C. B. *glabra carnosis foliis virentibus, flore ex cæruleo purpureo* J. B. *Scabiosa montana glabro folio* Park. In nostra hac caulis affurgit ad pedalem altitudinem, & ultra; folia sunt carnosæ, glabra, tenuiter incisa: In reliquis descriptioni convenit. Ad radicem Tittliaci montis.

Sedum saxatile atro-rubentibus floribus C. B. Descriptioni, quæ in Prodr. extat p. 132. adde, plantulam hanc binas uncias rariò excedere, foliola esse crassa, teretia, caulem densè fatis, sed alternatim cingentia, viridia & subflava, punctis croceis & rubentibus conspersa, *flosculos atro-rubentes stellatos*, quasi in umbellâ dispositos, qui mihi videntur potiùs feminum receptacula. Saxi & scopulis ficcioribus innascitur. In Alpibus Surenenfibus eandem reperimus plantam, cujus capitula stellata non sunt coloris atro-rubentis, sed subviridis, vel pallidi. Vid. *Tab. VI. Fig. 3 & 4.* Plantam hanc, si attentius examino, observo esse ipsissimum *Sedum minimum montanum flore purpurascente parvo semine stellato* Raij Hist. Plant. p. 692. nec non *Sedum annuum minimum stellatum rubrum*, quod Magnol descripsit atq; depinxit in *Indic. Plantar. circa Monspel. nascent.*

Sedum majus montanum foliis non dentatis, floribus rubentibus C. B. *Sedum montanum latifolium flore purpureo* J. B. Crediderim, quod subolfecit J. B. esse hoc ipsum *Sedum Alpinum* 14. C. B. *sive rubro magno flore.* Descriptioni Johan-Bauhinianæ, & Clusianæ adde, quòd caulis vestiatur creberrimis foliis oblongis acuminatis, ex dilutè viridi & rubro colore egregiè, præsertim verus

Tab. VI. Fig.
3. & 4.

fus summitatem, variegatis, & lanugine vix conspicuâ hirsutis : Caulis ipse plerumq; versus summum purpurascit, ubi in aliquot breves dispescitur ramulos, seu pediculos, qui duos, tres, pluresve flores sustinent, & pulchrè é diluto purpurascunt. Floris Calyx componitur ex plurimis foliolis longis, angustis, acuminatis, totis pene rubris. Flos ipse constat é plurimis petalis oblongis, acuminatis, diluté purpureis, obscuriore colore carinatis, intra quæ conspiciuntur plura stamina incarnata, versus apicem obscuriora, onusta apicibus parvis, subnigris, per albidas lineolas distinctis. Umbilicum floris occupant plures filiquæ stellatim dispositæ, albæ, & in filum terminatæ. Planta integra amoena visu est, & passim é Scopulorum fissuris efflorescit. Invenimus eandem hanc Sedi speciem floribus latè incarnatis prope *Lacum Engstlanum*.

Sedum tridactylites Alpinum minus C. B. *Sedum Monspeliense*, & *Pyreneum laciniatum* Park. *Sedum* est *Alpinum* III. Fr. *Gregorii Rhegiensis* Col. *secunda varietas*, pulchrè inter *minus cogn. Stirpes* depicta. In descriptione notandum, hanc nostram plantam non esse villosam, sed glabram, viridem, adeoq; potius pro Synonymo assumi debere, *Saxifragam tridactylitem Pyrenaicam pallidè luteam minimam* Tour. quam *Saxifragam tridactylitem Alpinam minorem* & villosam Ejusd. Crescit in superficie faxorum *Alpium Surenensium Fugi & Ochsenstock*.

Sedum Alpinum minimum, foliis cinereis, flore candido J. B. *Sedum Alpinum album foliolis compactis* C. B. *Sedum minus 9. Clusii, minimum Alpinum Muscoides* Park. *Sedum Alpinum 3. Clus. Ger. emac.* Folia si aspicio cinerei, vel cæsii coloris omnia fere recurva, five in extremitate suâ reflexa, non dubito, quin hoc nostrum *Sedum* idem sit cum *Saxifraga Alpina minima foliis cæsiis deorsum incurvis* Tour. In *Saxis auf Foch & Ochsenstock*.

Sedum Alpinum floribus luteis maculosis C. B. *Sedi minoris generis flosculis luteis, vel croceis splendidis maculosis pulcherrimis* Gesn. Fraet. Invenimus utrumque, floribus scilicet luteis & croceis, imò etiam croceis non punctatis vel maculatis. Relegavit Raius hoc *Sedum* ad illa C. B. quorum descriptiones nimis breves, & generales, nec Iconibus illustratæ; cognoscet autem facilè hanc nostram plantam, in omnibus Alpibus obviam, si contulerit illam cum *Sedo minori Alpino luteo Anglico*, quod describit Hist. Plant. p. 1042.

Sedum muscosum J. B. *Sedum montanum perpusillum luteolis floribus* Park. an *Saxifraga Pyrenaica minima Musco similis* Tourn. In editissimo *Alpium Surenensium vertice*.

Sedum

Iter Alpinum Primum.

Sedum majus vulgare C. B. J. B. *Sempervivum majus* Ger. In montibus inter petras sponte oritur. E Saxis in Lacum Rivarium, & IV. Civitatum Sylvestrium propendentibus, latè efflorescit.

Soldanella Alpina rotundifolia C. B. *Soldanella montana* Lob. *Soldanella Alpina minor* Clus. *montana* J. B. In altissimis omnium Alpium jugis ad nivis liquefcentis radices florēt.

Sonchus cæruleus latifolius J. B. *levis laciniatus cæruleus*, seu *Alpinus cæruleus* C. B. *Alpinus cæruleus* Park. Bicubitali & tricubitali invenimus caule.

T. *Teucrium Alpinum inodorum magno flore* C. B. *Alpinum inodorum* Park. item *Teucrium foliis Scorodoniæ* C. B. ex sententia ejusdem Parkinsoni. Exiccata hæc planta nigrescit, sicuti Pedicularis, & pleræq; aqueæ, & palustres. Crescit in Alpium saxosis.

Thalictrum minus C. B. Ger. Park. *Thalictrum minus*, sive *Ruta pratensis* genus minus semine striato J. B. In Vallis Angelimontana montibus.

Thlaspi Alpinum folio rotundiore carnosio, flore purpurascete Tour. Hoc nomine mihi venit planta, è fissuris scopulorum pronata, cujus Radix est longa, crassiuscula, fibrosa, alba, caules triunciales, & ultra, succulenti, læves, crassi, repentes, foliis vestiti alternis, viridibus, crassis, succulentis, subrotundis, inferioribus & majoribus leviter crenatis, superioribus minoribus & acutioribus, triangularibus non item. Foliorum tam superiorum, quàm inferiorum ea fere est conditio, quam depingit Col. *min. cognit. Stirp.* p. 276. in *Thlaspi montano altero minori rotundifolio*, *Burse Pastoris fructu*, & J. B. in suo *Thlaspi Alliarie folio* Hist. Plant. T. II. p. 932. Caulis summo infident plurimi flores tetrapetali, petalis singulis in extremo sinuatis, dilutè purpurascetes, innixi calyce tetraphyllo viridi; staminibus viridantibus sustinentur apices flavescetes: Stylus seu pistillum floris abit in capsulam compressam, stricturâ seu septo medio in bina loculamenta divisam, quibus singulis insunt duo semina compressa. Sapor rotius plantæ, præcipuè foliorum, est acris. Forsan est hoc *Thlaspi folio rotundo* C. B. Phytop. *Thlaspive rotundifolium Thuringiæ* Camer. Hort. In monte Foch.

Thlaspidium Monspeliacum Hieracii folio hirsuto Tourn. *Thlaspi biscutatum asperum Hieracifolium*, & *majus* C. B. *clypeatum* Lob. Ger. *clypeatum Hieracifolium majus* Park. *Lunaria biscutata* J. B. *Leucoium Alyssoides umbellatum montanum* Col. In Valle montosâ Waldnacht, montibusq; Foch, & Surenensibus.

Tormen-

Tormentilla Alpina vulgaris major C. B. *Tormentilla Alpina major* Park. *Tormentilla Alpina* Cam. Radix huic odoratior, rubicundior, & major vulgari, folia etiam majora, in reliquis conveniunt. Raj. Ad radicem montis Tittliaci.

Trifolium Alpinum flore magno, radice dulci, C. B. Pin. *Trifolium Alpinum minimum flore magno* Phytop. (non flore luteo, ut legit J. B.) *Trifolium Alpinum Rhaeticum Astragaloides* J. B. *Trifolium angustifolium Alpinum* Pon. Descr. Bald. Descriptionibus Ponæ & Bauhinianis ita quadrat, ut addi nil possit. In Alpibus Surensibus copiose crescit.

Valeriana Alpina J. B. *Valeriana Alpina prima* C. B. *Alpina latifolia* Ger. emac. *Alpina major, sive latifolia* Park. *Valeriana Trachelii folio* Hort. Patavin. Distincta est à

V.

Valeriana Alpina Scrophularie folio C. B. J. B. uti ex Iconibus C. B. in Prod. patet, foliis in hac integris, nec crenatis nec ferratis, in illa non item. Ad radices Alpium passim.

Veronica Alpina Bellidis folio hirsuto C. B. Prod. *Veronica minima Bellidis folio* Park. convenit descriptioni C. B. quam habet Prodr. p. 116.

Veronica parva saxatilis cauliculis nudis Raij Hist. Plant. p. 846. *Veronica Alpina pumila caule aphylo* Boccon. Mus. p. 17. Tab. 1. 9. Dubitanter Raius, confidentius ego pro Synonymis habeo *Chamedryx Alpinam minimam hirsutam* C. B. Prod. & *Teucrium minimum* Clus. Hist. 350. quamvis hæc peculiari *Veronica Alpina minima villosa*, & separato quidem à *Veronica parva saxatili cauliculis nudis* Raij Titulo veniat Tournefortio. Descriptionibus Bauhinianæ & Rajanæ non est quod addam, ut nec Iconibus Bocconianis. In montis *Joch* vertice.

Veronica Alpina frutescens C. B. *Veronica saxatilis* J. B. *minor Alpina* Park. *Serpillifolia omnium minima* Pon. *frutescens Serpillifolia* Ger. emac. Refero huc *Veronicam Alpinam glabram rotundo Alfine Plantaginis folio* Bocc. Mus. p. 18. item *Veronicam Alpinam glabram minimam Nummularie folio* Ejud. l. c. quarum priorem nasci scribit in Alpibus Mutinensibus, alteram in Corsicanis. Nostram inveni in monte *Joch*.

Viola montana lutea grandiflora C. B. *Viola nigra per similis montana lutea* Gef. Hort. *Viola flammea lutea* Lugd. *Viola montana tricolor* 2 Clus. *Viola flammea lutea maxima* Park. Descriptionibus adde, quod flos sit magnus, flavus, lineis nigro-purpurascensibus versus umbilicum notatus, umbilico ipso existente croceo, calcar floris est atro-purpurei coloris, & calyx idem, qui aliarum *Violarum*.

Iter Alpinum Primum.

In foliorum figura & incisuris multum variat, uti omninò huc trahi etiam debeat *Viola montana lutea foliis non crenatis* C. B. & ipsa forsan *Viola montana lutea grandiflora* Raij: In Valle Engstlana: im Gämsmättlin Montis Pilati.

Vitis Idea foliis subrotundis exalbidis C. B. *Vitis Idea magna quibusdam, sive Myrtillus grandis* J. B. *Idea foliis subrotundis major* Ger. *Vaccinia nigra fructu majore* Park. Descriptioni J. B. & Clus. congruit. Ad radicem montis Tittliaci.

Vitis Idea foliis oblongis albicantibus C. B. *Vitis Idea fructu nigro* J. B. *Vaccinia nigra Pannonica* Park. *Vaccinia Pannonica, seu Vitis Idea* Ger. Ibidem.

DE

D E

L A C T E

E T

O P E R I B U S L A C T A R I I S ;

P r o u t P r æ p a r a n t u r i n

A L P I B U S H E L V E T I C I S .

Scripsit *Conradus Gesnerus* jam ante centum & sexaginta annos Libellum de *Lacte & Operibus Lactariis*, victu potuque Helvetiorum maximæ parti familiari, qui hinc γαλακτοφάγων ἢ γαλακτοπόρων nomina merentur non minus quàm *Nomades & Getae*, antiquissimæ Gentes. Tractavit autem Polyhistor Tigurinus materiam hancce Philologicè ac Medicè, ex Libris potius quàm ἐπιτομία, generatim potius, quàm applicativè ad Historiam Patriæ Naturalem. Agam ego hâc vice Historicum, describendo omnis generis Lactarios Processus, in Alpibus fieri solitos, ordine Naturali, & depingendo ad vivum Instrumenta Operibus Lactariis conficiendis destinata, quo ipso minimè exulabit Philologia, verùm plurima Lexicographis commodabuntur vocabula, ipsis hætenus parum, vel non, cognita, & exteris Nationibus dabitur ansa, de sua Historia, atque Philologia Lactaria aliquid insuper adjiciendi, ut hæc Doctrina tandem prodeat omnibus suis numeris, quàm fieri potest, absoluta.

Lactis & Lactariorum Operum curam habet ὁ γαλακτοκόμος, *Senn-Sennus*, (ignoscant rigidi Latinitatis Antiquæ exactores, si nova subinde eudam nomina,) *der Senn*, homo plerumque ἐκ δικαίου γένους

Iter Alpinum Primum.

Ἄνδρῶν, indutus Calceo ligneo, mit einem Holzschuh, quem corrigiæ binæ plantæ pedis nudi adstringunt, ad imitationem Veterum Germanorum, & agrestium Polonorum hodièque, quorum soleas ex arboris libro sabrefactas funiculus in planta pedis adstringit, referente Cluverio German. Antiq. Lib. 1. c. 16. & figuram exhibente Baldaino Calc. Antiq. p. 35. Fortia namque esse debent Calceamenta Alpicolarum (uti illa Militum apud Flavium Vopiscum in Aureliano,) ut eò firmitus & tutius per vias lapidosas Alpium incedere queant. Conferri etiam potest cum Calceo hocce Alpino ligneus ille, quem Holschen Westphali vocant, memorante Laetmund. Oryctograph. Hildesheim. p. 30.


Senneten.

Præficitur hic Sennus à Domino Senntene, der Sennten, (quo nomine intelligunt vicenarium, tricenarium, quadragenarium, vel grandiore etiam numerum Vaccarum, Boum, aliorumque in Alpibus pascendorum numerum,) his ipsis Bestiis, quas sub Æstatis initium in Pascua Alpina deducit, wann er zu Alp sehet, illarum sedulam rationem habet, Caseum, Butyrum, Kecoctam, aliâque Opera Lactaria, pro variante instructione, colligit, Dominove suo fideliter apportat. Sennnen dicitur Patronus ipse, quando is pecora sua in Alpina prata, vel pascua deducere jubet, & usum fructum inde trahit vel quotidianum, vel hebdomadalem, vel menstruum.

Sennnen.


Sennhütte,

Lactarius hic homo, quem Senni nomine jam nuncupavimus, inhabitat Casam, five Sennam, die Sennhütte, cujus parietes ex Trabibus ligneis non, vel ruditer exasciatis, invicemque superimpositis constant, & sæpe corticibus Abiegnis vestiuntur, ad arcendas tempestatum injurias, tectum ex scandulis ligneis per saxa aggravatis, ne ab impetu Ventorum disjiciantur, tabulatum terra nuda, vel corticibus Abietum, Pinuumve strata; reliqua, vasis exceptis, lignea omnia, ut absit pompa omnis, simplicitasque primorum hominum hinc etiamnum sedem servare videatur. Sed Lectus, culcitra, plume, pulvini desunt! O mollem & effeminatum hominem! Omnium instar tibi fœnum erit, molle est, odoratum, ex variis herbis ac floribus saluberrimis congestum, longè suavior, & salubrior tibi respiratio fuerit. Hoc pro pulvino capiti, pro culcitra tibi toti substernes, & pro stragulo etiam insternes. Gesner. Descr. Mont. Fract. p. m. 51. Casa hujus Alpinae, five Sennæ, duæ sunt partes, una nomen retinet, Græcis haud incommodè Τυροκομείον, Taberna casearia Latinis dici posset, quod in ea curentur, quæ ad Caseum pertinent, & præter Instrumentorum Apparatum, Lectumve, focum habet semicircularem, quod



Johann H. Schindler, Med. Doctor, Stadt-Physicus
 Johann Baptist von Professore Medicinæ in Prag

Tab.VIII.



Sumptibus D. Johannis Woodward, M.D. Coll. Med. Lond. & Societ. Reg. Socii, et Professoris Medicinæ Greshamensis.

Tab. VII



Instrumenta ad Siphonem, Hylarum, Ampullam, & Siphonem.

Tab. VII.



Sumptibus D. Richardi Waller, Armigeri, Societ. Reg. Secr.




& sic levi operâ foco admovendum, vel ab igne removendum. Colatorii conii Apex rescissus, & apertus, obstruitur arctissime surculis foliosis Abiegnis vel Juniperinis, ut hocce perfluens Lac impuritates vel fordes deponat.

Coactio in
Caseum, per
coagulationem,

Posteaquam Lac omne *τυροποιήσιον* destinatum in Ahenum amplio-
re, *das Well-oder Sennkessle* fuit colando effusum, exponit
illud Sennus Caseifex igni lento, ut eum incirca gradum caloris
acquirat Lac, quem habuit recens mulsam, & mox ex Urnula, *dem*
Lupptauslin, accipit Cochleare unicum *Liquoris fermentalis*, *Lupp*,
Kaslupp, *Kaslup*, dicti, quo 300 vel 400 Libras Lactis Medicas
coagulare, & æquabiliter quidem, valet, quem in finem totam
massam Lactis catino ligneo, cui fermentum inest, in gyrum vor-
ticosum agitatur, expectans, catino extracto, omnimodam Lactis
coagulati quietem. Veteres, *Varrone de Re Rusticâ* teste, fume-
bant coagulum Leporinum, Hædinum, vel Agninum, vel de Fici
ramo Lac & Acetum, vel etiam adspergebant Sal fossile, aut ma-
rinum. *Palladius* addit sincerum Lac, pelliculam, quæ solet pul-
lorum ventribus adhærere, agrestis item Cardui flores. Rhæti qui-
dam demittunt in Lactis calefacti massam Ducatum Turcicum
lintheo infutum, & filo suspensum. Miræ *Effluviolorum subtilitatis*
novum argumentum inde traxerit Anglorum, imò Orbis universi
Literati Decus, *Robertus Boyle*, & cum ipso Experimentales Phi-
losophi alii. Fermentalis hic Liquor *Lup*, cui tam mira inest
Lac metamorphozandi vis, hunc insuper habet in Corpora huma-
na effectum, ut ad aliquot duntaxat guttas in vehiculo Lactis,
aliòve exhibitus, *ἄνω καὶ κατὰ* purget, non sine vehementiâ. Para-
tur autem, recipiendo Ventriculos vitulinos numero duos, Salis
communis manipulum unum, superfundendo aquam communem
ad supereminentiam, macerando omnia per duas plus minus heb-
domadas. Galli Fermentum hoc coagulatorium vocant *Presure*,
& actum coagulationis ipsum exprimunt per vocem *presurer*, ou
cailler le lait: Harum autem vocum Radix est Latina *premo*,
quia hoc modo premitur, comprimitur, sive in coagulum cogitur
Lac. *Olivarius Serranus Prædellus* dans son *Theatre d'Agri-
culture & Mesnage des champs*, Liv. iv. c. 8. parare docet hunc
Liquorem ex Ventriculis vitulinis, vel agninis exiccatis, in mor-
tario contulis, & in aceto maceratis. Græcis vocatur Coagulum
hoc *Πυρσία*, ut *Aristot. Lib. 2. de Generat. Animal. c. 4. Theocrito*
Idyll. 7. Τάμιρος. Belgæ appellant *Lebbe*, *Libbâ*, item *Kalfslebbe*, &
vocabulo nostro *Lupp*, vel *Lubbe* affini. *Schoock de Aversat. 29*
Casei, cap. 3.

Tab. IX

N



Gezeichnet von Johann Baptist Schickel



Sumptibus D. Samuelis Morland, Societatis Regalis Socii.

In superficie coaguli undique æqualis, quod nunc porro considerationi nostræ subicitur, fluitant *Recrementa* quædam *spumosa*, ^{Despumatis non,} *der Abzug*, quæ catillo foraminoso, *mit der Zigerkellen*, K. excepta abjiciuntur, ut porcis nutriendis inserviant. Reliquum, & purum coagulum, cui nomen *Bulderen*, certum obtinet tenacis cohesionis, sed & fragilitatis gradum, ut catino mediante tota ferme massa indivulsa possit ab imo ad summum verti, sed & manibus primùm, mox autem baculo abiegno decorticato, L. quem ideo *Kasbrechen* ^{Comminutionem,} nominant, in minutias confringi. Coagulum hocce, quia *Calcium*, *dilute densiori simile*, *Ἀσβεστίον* vocavit Junior Græcitas, uti ex *Continuatore Theopanis, Scylitze, & Michaele Logotheta* infert *du Fresne Glossar. Græc. med. & infim.* ad vocem *Ἀσβεστος*. *Comminutio* ipsa hujus *Ἀσβεστού* sit exposita rursus massa lento igni, & per baculum prominentiis surculosis veluti spinosum agitata, habetque mox comitem separationem partis *caseosa* à *serosa*, quarum illa *Kas* jam Aristoteli Lib. 3. Hist. Anim. c. 20. ὀπίσθι καὶ σπυρτάδες dicta, in fundo coit, hæc autem, seu *ἰχθὺς ὑδατῶδης*, supernatat. Serum quod nondum caseosis omnibus, seu terrestribus partibus est privatum, vocatur *Sirpen*. Hujus aliquot mensuræ hauriuntur catino, seu cochleari magno ligneo profundiori *M. mit* ^{Precipitationem,} *dem Stielnapf, Hackennapf, Gon*, atque in vas aliud transfunduntur, quò sic caseus ad fundum præcipitatus possit tantò commodius ^{Formationem,} accipi Alveo, seu Orcâ, *in die Muttten, N.* quæ inclinata aliquantum imponitur Ligno Scalari, *das Mutttenholz* dicto, O. ut Serum à ^{Tab. IX.} Caseo separandum defluere possit in aliam Orcam subjectam. Nam maxime refert, *Columellâ* teste, primo quoque tempore Serum percolari, & à concretâ materiâ separari: Quam ob causam Rustici nec patiuntur quidem sua sponte pigro humore defluere, sed cùm paulò solidior Caseus factus est, pondera superimponunt, quibus exprimatür Serum. Modum mox recensēbimus.

Serum à Caseo separatum omne, pingue & nutritivum, quod *Sirpen* vocamus Authoritate Sennorum fundati, de novo Aheni ^{Separationem à Sero pinguiori & Recocta,} indutum, expositumque igni fortiori, exhibet spumofam in superficie natantem substantiam, *der Vorbruch* appellatam, gustui valde gratam, quæ mox aufertur Catino seu Cochleari ampliore, nec ita profundo, seu patellâ planiore, *mit dem Schweidnapf* P. *Room-schotel* Belgæ vocant, quia Cremori Lactis auferendo destinatur, & seorsim ponitur, ut cibi loco vel sola, vel aliis Lactarijs Operibus mista inserviat. Spumosa hæc Concretio forte est *γαῖς* illa apud *Athen. 247.* Ita sane explicat *Gesner. de Lact. p. 37. b.* & huc trahit Jocum illum, qui extat in Pluto Comediâ *Aristophanis*;

Καὶ μὴν πῶλυ τῶν ἄλλων χυτῶν ἴ' ἀναντία
 Ἄυται ποῦσι, ταῖς μὲν ὄλλαις γὰρ χύτῃσι
 Ἡ γεαῦς ἐπίσ' ἀνωτάτω, ταύτης δὲ νῦν
 Τῆς γεαῦς, ἰπιπ-λῆς ἐνεῖσι αἱ χύτῃσι.

*A ceteris quamplurimum ista differunt
 Ollis, videre in ceteris enim licet
 Anum supra ollas, hic modo contrario
 Novoque videas, quod sit olla supra anum.*

Γεαῦς enim Ἔ' anum mulierem, Ἔ' oleosam in jusculis Lactéque superficiem indicat; præterea lineam illam in littore aut ripa, quam spuma describit. Pueri nostri floccos nivium cadentes anus esse clamitant. Omnibus occasionem Metaphora dedit Canities. E diverticulo in viam. Reliquo Liquori fervido infunditur Serum acidum, das Saurtrank, Saurschotten, quod ad hunc finem asservari solet in vase peculiari ligneo 2. dem Trankfass, Trankbrungen. Sic mox fit nova secretio partium fluidiorum a solidioribus, quarum hæ Ziger vocantur, illæ sub communi Seri Lactis, Schotten, Lait clair, petit Lait nomine veniunt. Ambæ invicem mistæ appellantur Suffy.

Pressiorem,

Redimus ad Caseum, visuri quid porro post defluum Serum pingue cum illo agatur. Eximitur ille vase ligneo ampliori, quod Alvei vel Oræ titulo supra insignivimus, & cingitur annulo vel modiolo ligneo aut corticeo, (quem é viminibus olim contexere solebant, & fiscellam vocare uti constat ex illo Tibulli Lib. 2. Eleg. 3.

*Tunc Fiscella levi detexta est vimine junci,
 Raræque per nexus est via facta sero.)*

miteiner Käsjärbe, R. ut formam acquirat sibi debitam, mox supra infraque tegitur, immediatè quidem panno, vel linteo rudi, sed mundo, miteiner Käsböchen, mediatè autem orbe ligneo plano, cui imponitur Saxum ponderosum, der Kasladstein, ut hoc mediante Caseus in gyrum moduli cogatur, sero in poris reliquo privetur, & ad eum compactionis gradum redigatur, qui ab illo requiritur. Inde sane apud Virgil. Eclog. 1. Lac pressum vocatur Caseus in illo noto

Castæ.

Castaneæ molles, & pressi copia Lactis.

ubi *Servius*, *Pressi, emulsi, & in caseum coacti*. Urgetur ita ponderibus Caseus per aliquot dies succedaneos, subinde tamen novis & mundis linteis obtegatur, ne accessat. Ubi solidari coeperit, verbis pergo *Palladii*, loco opaco ponitur, aut frigido, & pressus subinde, adjectis pro soliditate acquirenda ponderibus, trito ac torrefacto sale debet adspersi, & jam durior vehementius premi. Post aliquot dies solidatæ jam formulæ per Crates ita statuuntur, ne invicem se contingant. Sit autem loco clauso, & à Ventis remoto, ut teneritudinem servet atque pinguedinem.

Alvei, vel *Orce*, quarum sæpe mentionem feci, atque Iconem exhibui *Lit. N.* sunt vasa lignea rotunda, ampla, sesquipedem circiter lata, palmum alta, *Mutten* *Alpicolis*, *Belgis Mouden*, & *Molden* (teste *Schoock. de Butyr. c. 6.*) cognominata. Hæ, si annosæ sint, incrustantur *Tartaro Lactis*, mit *Milchstein*, (quem ad *Tartari* vinosi imitationem ita nuncupo) partibus Lactei coloris terreis insipidis in *Tartari* duritiem concretis, & firmissimè ligno affixis. Vidi *Tartareum* hoc concrementum in Casa *Sennaria* instructissima *Consulis Tigurini Amplissimi D. Andree Meyeri*, cujus *Officina Lactaria, der Milch Keller*, hæc insuper gaudet prerogativâ, quod aqua illam operiens, & *Alveos* Lactei plenos alluens, frigidissima scaturiat intra ipsius Casæ parietes, absq; ullo defectionis aut alterationis periculo. Ibidem loco *Orcarum* lignearum vidi cupreas, Stanno intus obductas, quibus Lac diutius conservatur. Alibi excavant, qui opibus abundant, *Cellas* hæc *Lactarias* ex ipsa petra, & *Orcis* interponunt glaciem, quâ liquatâ, & per declives fossulas defluâ, novam semper substituunt, atque hac ratione Lac diu conservant. *Orcarum* diminutivum est *Nidlemuttelin*, *Orcula* ita dicta, quod eâ excipiat *Cremor*, sicuti *Catini* diminutam formam exhibet *das Suffgönelin, Milchnäpflin*, S. quod cyathi, vel poculi loco *Alpicolis*, atque *Hospitibus* infervit.

Notandum autem, antequam pedem ulterius promoveam, eum, quem rudi penicillo delineavi, *zugewöhnet*: modum spectare *Caseos pingues, die feisten Käse*, quibus caseosa & butyrofa Lactis inest pars. Pro *macrorum* Caseorum confectione, *Zu bereit ung der mageren Käsen*, reponitur Lac in *Alveos* delatum per duos tresve dies in fundum alterius Casæ partis, quam *Lactariam* ideo vocavimus, aquâ limpidâ frigidâ perfusum, quo sic *Cremor*, summam petens Lactis

Lactis superficiem, possit abstrahi, & Butyrum inde parari, residuo Lacte pro Caseo destinato.

Butyri con-
fectio.

Butyrum ipsum, ἢ *Butyr*, *der Ancken oder Butter*, paratur ex Cremate Lactis, *aus dem Nidel*, duplici modo; in casis minori- bus quidem in vase cylindrico, spithamam vix lato, & tres plus minus pedes alto, in quo sursum deorsumve agitur Cremor orbe ligneo, foraminibus aliquot pertuso, cum baculo huic infixio; Belgæ nuncupant hoc Vas *een Kerne*, & *Boterstande*, contum ipsum autem cum affere perforato *een Kernpols*. *Schoock de Butyr*. p. 31. In majoribus autem casis utuntur Dolio capaciore, quod in gyrum actum eundem cum priori effectum in Butyri confectione producit. Serum à Butyro secretum vocant *Anckenmilch*, Vasa ipsa *Βυροποιήσων* dicata *Ancken Kübel*. Dolium, quod *Liren* etiam dicitur, delineatur Fig. T.

Tab. X
Casei secunda-
ri asservatio.

Recocta simplex, *der Ziger*, ex Lacte recocto, Butyro & Caseo jam seperatis, residua reconditur in usum Cibarium hybernium, in vasa cylindrica, *Zigerrumpf*, 2. vel 2 ½. pedes alta, unum lata, è corticibus abiegnis per radices Abietum, filorum loco confuta, vel etiam Prismata lignea tetragona, ex Asseribus confecta, *Zigertrimmen*, porroque Saxis ponderosis, *mit Trimmesteinen, Ladsteinen*, aggravatur, & comprimitur in massam ficcam, sero per foramina hinc inde aperta effluente orbatam.

Nutritivum
Pastorum &
Porcorum.

Serum Recoctâ omni destitutum, *die Schotten*, inservit cibandis Porcis, qui proin in omnibus Casis Alpinis enutrirî solent, unâ cum Recoctâ autem ipsis Pastoribus & Sennis. Hæc pertinent illa *Homeri ex Odyss. Lib. ix.*


Ἡμισυ δ' αὐτ' ἔθηκεν ἐν ἀγγυεσσιν, ὄφρα οἱ εἴη
Πίνων δαιτυμένω, καὶ οἱ πολεδὲρπιον εἴη.

Quicquid erat reliqui vasis bene condidit amplis,
Ut biberet, cœnaque sibi servaret in usum (Cyclops.)

Repurgatio Va-
sorum.

Repurgantur, & diligentissimè quidem cuncta vasa ad *γαλιρυίαν* destinata ipso sero Lactis ferventi, & à sordibus mundantur Scoparum genere, quod *Gestner* vocant, atque ex furculis Abiegnis decorticatis parant. Hæc vasorum expurgatione neglectâ facillè acescunt omnia, & minor obtinetur Casei ac Butyri preventus. Extendit se eousque Alpicolarum mundities, ut etiam mulseri *Vaccas* manus prius aquâ limpidâ lavent.

Tab. X.



T.

U.

Sumptibus D. Johannis Gore, Armigeri. —




Fig. 1. Wasser-Rad mit einem Schöpfen.

Nōrunt Alpini Pastores, Senni vulgò dicti, vel sibi ipsis, si lautè vivere velint, vel Hospitibus, parare Lacticinia suavia, & palato etiam delicatulo maximè grata.

Commemorat *Gesnerus* in *Montis Fracti Descript.* *Cremam Nydelbrot.* *Lactis, quà servefactà panis offas, aut segmenta perfundunt, Nydelbrot.* Parari etiam potest Lactarium hoc opus ex Butyro recenti, coquendo id, & miscendo probè cum Lacte.

Stunckenwerne, item *ein feistes Mues*, q. d. jusculum pingue, *Stunckenwerne.* conficitur ex Cremore Lactis & farina invicem coctis, additis insuper, si ad manus fuerint, ovis. Recipiunt alii Butyrum jam excoctum, farinam & Recoctam, seu Caseum secundarium, *Ziger.* Dum Lactarium hoc opus igni expositum fervet, induit Cremor Butyri formam, & quia tepidum duntaxat est, absque ullo ambustionis periculo cochleatim hauriri potest, dum interim reliquæ Lacticinij partes in summo sunt fervoris, Linguam & Vcera adurere valentis, gradu. Mirum Phænomenon, & Physico examine dignum.

Exhibet tandem *Fig. U.* Vasis immundi genus, *die Seümelke-Honorator in ren* dictum, quia eo mediante Porcis affunditur Serum, faginandis *Casis Alpinis* ipsis sepositum. Infimum quidem obtinet in Casis Vaccariis lo- *Seder.* cum hoc Instrumentum, sed primum, ubi de Hospitibus commodè locandis sermo fit, scandulâ rudi tectum. *Es ist dis der vornemste Sitz bey den Sennen, oder in Sennhütten.*

F I N I S.

ΟΥΡΕΣΙΦΟΙΤΗΣ
HELVETICUS,

SIVE

ITINERIS ALPINI

Descriptio Secunda

ANNO MDCCIII.

Authore

JOHANNE JACOBO SCHEUCHZERO,
Med. Doct. Tigurino, & Societatis Regiæ Londi-
nensis Socio.



LONDINI, Anno MDCCVIII.

OYREZIFOLITHZ

HELVEITIGUS

SIVE


TINERIS ALPINI

Descriptio Secunda

ANNO MDCCIII.

Authore


JOHANNI JACOBO SCHEUCHZERI,
Med. Doct. Tiguri, & Societatis Regiæ Landi-
mensis Socio.



LONDINI Anno MDCCVIII.



Anna Wassera Figurina fecit Sumptibus D. Isaaci Newton, Equitis Aurati, Societatis Regalis Praesidis, &c. Jos. Nutting Sculp.



Faint, mirrored text at the bottom of the page, likely bleed-through from the reverse side. The text is difficult to decipher but appears to include the name "J. B. L. L." and other characters.

ITER ALPINUM SECUNDUM.

PER ILLUSTRÉS VIRI NATURÆ
SUMME CONSULTI,

Secundâ nunc vice sese sistit Aræ Vestræ omni Scientiarum, Naturalis in specie, fulgore splendenti ΟΥΡΕΣΙΦΟΙΤΗΣ Helveticus, non vel sui fiducia subnixus, vel præcipiti Famæ cupiditate allectus, sed Vestrâ comprimis Benevolentia suffultus, cuius non Signa tantum, sed ἀναμφισβήσια mihi comparent Τεκμήρια. Hæc est, Illustres Naturæ Consulti, Vestro Studii, quod profiteor, Patrociniò junctâ, quæ audentiorem tantò me efficit, quò imbecilliores sunt meæ vires, minora erga Rem Literariam Publicam merita, imò erga Inclytam Vestram nullâ, remotiores à Vobis, iiq; obscuri, Natales. Animum addunt bina Clarissima REGIÆ SOCIETATIS Vestræ Membra, *Guilielmus Aglionby*, Sereniss. ac Potentiss. Reginæ ANNÆ Ablegatus ad Respp. Helveticas & Rhæticas Excellentissimus, cuius favore & stimulo incitatus quotidianos in Historia Naturali Patriæ, sed & in acquirenda Vestra Benevolentia, facio progressus; & *Johannes Woodwardus*, Physices in Collegio Greshamensi Professor, Vir de Historia Naturali Novantiquâ optimè meritis, cuius Amicitia & Favore impense gaudeo. Extimulat me proprium meum Naturam noscendi Desiderium, quo magis magisque flagro, atque ulteriores, Divino favente Numine, quæro & paro, in vastissimo, nec unquam emetiendo, rerum campo profectus. Omnem solvit metam, lenitq; laborem, quòd

*Dedicatio Com-
mandatoria.*

Ὅυχ' ἀπασιν οἷς κείνθον ἔαδ' ὁ πλῆς.

Non omnibus, imò paucissimis, aut pené nullis placeat laboriosissimum hoc studii genus, quod à pane lucrando est admodum alienum; non omnibus volupe fit anhelos aëriosq; conscendere, vel etiam superare Montes, multa pati rerum, ipsius quoque Sanitatis & Vita

Vitæ discrimina, vincere tamen, frigus, æstus, pluviam, nivem, glaciem, saxa, lassitudinem, quæ omnia uno sæpe eodemque die sunt obvia, & in hac ipsa Excursionem mihi sese exhibuerunt haud semel gustanda. Hinc etiam est, τρισπόθητοι φιλόμυθοι, quod eò confidentius scopas variarum Observationum dissolutas in Illustri Vestro confesso depono, firmâ spe fretus, tantò gratiores fore, quò plus constiterunt Laboris & Sudoris. Sic gratiam, qua destituuntur reclusæ meæ, compensabunt Laboris difficultas, & Veritatis studium, adorandæ in nivosis Alpium Jugis, ubi velut in Throno Regio multis hæctenus inaccessibleis fedet, Coronâ cincta faxeâ, mento lanugine cano, crinibus autem & amictu vestita lætè viridibus.

——— Di Nevi e di Pruine
Sparsa ogni strada ivi ha poi Fiori ed herba :
Presso al canuto mento il verde crine
Frondeggia, e'l ghiaccio fede a i gigli serba
Et a le Rose tenere. Tass.

Pergo protenus ad ipsam Excursionis meæ Relationem, ne in Rhetorica subsistere, nec ad Physicam progredi videar.

Die 9 Aug. Ann. 1703. Tigurino Portu soluti Domini Jacobus Guifius, Aroviensis, Medic. Candid. subtilis Ingenii Vir, Christophorus Haabius, Jacobus Oerius, Felix Ottius, Henricus Scheuchzerus, & ego, Tigurini omnes tendebamus ad Lacum (*Lachen*), qui Vicus est unus ex Agri Suitensis præcipuis, ubi & vesperi appulimus, bonis sane Avibus, Boreâ sub finem navigationis inflante vela, & nos Portui feliciter inferente.

Vicus ad Lacum.

Lacus Tigurinus.

Albius Mons.

Protendit se hic *Lacus*, qui *Tigurini* cognomine venit, spatio decem circiter horarum à Septentrione versus Meridiem, sed aliquantum versus Ortum, præcipuè quoad Cornu superius, stipatus ab Occidentali latere *Albio* (*Albeso, Albise, Albis*) veluti in extremitate Alpium Helveticarum sito, quemadmodum fuit olim *Albius mons* in Japodibus, Liburniæ Populis, de quo *Strabo Geogr. Lib. IV.* ἔστι ὑψίλδον συνάπλων πᾶσι τῷ ἄρκυ, καὶ ταῖς Ἀλπεσι, Ἀλβιον λέγεσθαι, ὡς ἂν μέλαι δεῦρο τῶν Ἀλπεων ἐκτεταμένων; *Montem sublimem, extremitate quodammodo Alpes attingentem, Albius vocari, quasi eò usq; porrectis Alpius*) monte satis alto, ab Orientali autem jugis aliis depressioribus, sed magis frugiferis. Est utraque Lacus ripa culta racemiferis agris, & viridantibus pratis, exonerata pomariis amœnis, viridariis lætis, ædibus item superbis, & casis vilioribus, pulchre

chre variegata; magis tamen quæ Ortum spectat, quam quæ Occid-
 sum, quandoquidem Vina ibi crescunt præcellentiora longè & fla-
 viora, hîc albidiora, seu viridiora, & austeriora. Cujus Phænome-
 ni causam reputo duplicem. Ob Juga Orientalia minùs elata sit,
 ut utrumque latus mox, seu bono mane, blando Solis calore re-
 creetur, quo quidem gaudet diu Orientale, donec scil. Sol caput
 suum post Albium condat, maturè autem desinitur Occidentalis
 ripa. Non autem sola hæc à situ locorum desumpta ratio satis-
 facit: præcipuum momentum suppeditat Boreas ventus, qui Occi-
 dentali ripæ est admodum infensus, vites illius plagæ, quæ versus
 Ortum simul porrigitur, afflatu suo constringat, & sæpe eousque
 uvas, harumque racemos à maturitate revocat, ut non inferri possit
 doliis vinum, nisi indomitum & acerbum, quod *Bendliconense*
 (*Bendlikumer wein*) à pago *Bendlikon* ibi sito vulgò per jocum
 vocamus: Addo Nives in Albio Monte tardiùs in Vere liquefcere,
 & citiùs in Autumno, præviis pruinis, cadere, unde hanc Nivis
 præsentiam inopportunam cum damno non modico experiuntur Agri
 vicini. In Orientali ripa è contrà vinum nascitur generosam, qua-
 le præprimis est *Meilanum* (*der Meilikumer wein*) sulphure ex-
 panso factum, quod aliis spirituosis, aqueis & salinis particulis con-
 temperatum gratam largitur, & generosam dulcedinem, & aureum
 fere Nectari conciliat colorem, præsertim si per 30 & plures an-
 nos, quorum decursu sensim majorem cocturæ gradum acquirit,
 in cellis asservetur. Dignum quippe notatu est, quòd vina Tigu-
 rina, ea præsertim, quæ vineæ Lacui adsitæ ferunt, *annuatim auste-
 ritatem suam deponant, ac mitiora reddantur, diuq; durent.* *Wagn.*
Helv. Cur. p. 293. Pulchrè non minus quàm doctè hanc in rem
 disseruit *Felix Malleolus*, Civis, Cantor & Canonicus Tigurinus,
 qui claruit ante duo & dimidium secula in Tractatu satis raro *de*
Arbore Torculari ducendo in die Festo. Verba Viri preclarè docti
 Historiæ huic inserere haud piget, sed nec pigebit Lectorem
 Philosophemata optimis Naturæ ipsius fundamentis nixa è barbara
 Antiquitate percipere. *Satis convenienter querere posses,* inquit
Felix noster Philosophus, quare Comitatus Thuricensis districtibus
sunt majores ad torquendum homini vinum conatus, & cum horri-
bilibus Lignorum, Arborum ac Machinamentorum & Instrumento-
rum compagationibus. Respondetur, & apparet, quia Ars imitatur
Naturam, in quantum potest, ut Es. de Adopt. & Usus & Ars docu-
it, quod sapit omnis homo, ut dicit Pamphilus, & quod Natura ne-
gat, nemo feliciter audet, dicit Hopus. Unde naturaliter in illis
Climatibus videntur talis Terræ, Glebarum, Vinearum, Vinetorum

quoque situs, quibus perpetuo sunt altissimi Montes ibidem vicini versus Meridiem usque ad Lombardiam se protelantes, & in aciebus Aquilonem haurientes, & ad Terram plagæ nostræ reverberantes, & hi in verticibus sunt semper conspersi Nivibus, Algoribus, Gelu quoque, & Frigoribus; & nunquam per aliquam Anni particulam etiam in æstivis fervoribus, caumatibus, aut imbribus se talibus nivibus calvantes, & ab illis tanquam à montibus Helboe perpetuo resplendent, & è contrà montes candore nivium de suis cacuminibus relucet, in tantum quia vineta, vites & vitium sarmenta quoque palmites cum racemis, uvæ, botris, senecius & acinis duriores habent & austeriores ad modum labrustrarum cervices; & in hoc nostrarum Vinearum fructus omne genus vini in duricia videntur excedentes, unde videtur experienter, quod homini vina nostrararum vel nunquam in suis vitibus maturescunt, sed contra naturam aliorum vinorum in umbra & vasis, & cellaribus profundioribus, ad annos triginta vel ultra mundè conservata continuo decoquuntur, & demum cruditate repulsa dulcorescunt; particulis scilicet Tartareis terrestribus ad fundum & latera præcipitatis, & reliquis arctius invicem unitis. Et igitur his & aliis sincerè perpensis dixit quidam Magister Ambrosius Lombardus, protunc Incola Terræ nostræ, Medicus peritissimus, & hoc dudum ante Concilium Basileense, quod infra centum annorum spatio in loco nostro deficiant omnes vineæ: Et quis expectabit eventum? Attamen quia fuit Astronomus, & fortassis multos futuros agnovit eventus, & qui propter prædictiones prædictas, & alias sibi notas judicavit vineas nostras algore frequenter deficere, & per experientiam modernam patroni colonique fructuum & impensarum pensato moderamine minus solito videntur proficere, & in veritate plus solito dissipantur frigore. Si terminum mille annorum præfixisset Lombardus, fortè non adeo aberrasset à Scopo, Physicis autem rationibus magis quam Astrologicis innixus. Crescunt etiamnum per Dei gratiam apud nos Vites, imò in tantum magis & magis plantari solent, ut consultum duxerit Ampliff. Magistratus noster Decreto d. 12. April. hujus Anni evulgato ulteriorem Lyæi germinum propagationem inhibere. Hoc tamen experimur, quòd in effcætâ hac Mundi Senectâ, frigescente magis magisque tum Amore DEI, tum Proximi, frigidiora etiam sint pleraque Annorum tempora, Hyems protractior, Æstas retractior, Vites hominibus porrigunt pallidum Vinum & acerbum, quòd hi Labruscis similliores sint, Virgultis omnis generis vitiorum densis, quàm palmitibus, foliis simul & fœtibus bonorum operum gravescentibus. Missis hisce ex Theologiâ petitis præfagiis, quæ nobis omnia mala patrantibus omnia mala protendunt, ad Historiam Naturalem

Anni tempora
frigidiora magis
& magis.

turalem, ejusq; Fontes, redeo. Observant Alpicolæ, quod & nos sentimus, augeri in annos Nivium Alpinarum moles, ut ubi hominum memoriâ Nix Hyeme delapsa omnis per Æstatis decursum fuit soluta, solatio non modico Bestiis, harumq; Dominis, nunc adeò altis collecta fit cumulis, qui nunquam liquefcunt, imò verò magis magisq; augentur quotannis. Adnotant hoc Alpicolæ, quod alibi reddam testatum, & frigoris invalescentis sensum ipsi inde deducunt. Quid mirum igitur, si succedentibus Annis, vel Annorum saltem Lustris, eò nobiscum deveniat res, ut ad incitas redigamur, nisi Cœli benigniorem auram ob vitæ nostræ emendationem largiatur Clementissimus Deus? Vinum hæc Tigurinum, quartum (Aquæ) Elementum nonnullis per contemptum appellatum, (cujus Apologiam dedi ante Annum, occasione Colicæ Spasmodicæ, quæ Angelimontanum Cœnobium excruciat) non ante defero, quam Historiam satis curiosam memoravero. Donavit me Nobilissimus Genere & Doctrinâ Dn. *Joh. Erhardus Escherus*, qui Lacum Tigurinum peculiari Tractatu descripsit Ann. 1692 edito, frusto Tartari, ^{Tartarus in Vini superficie concrevit.} qui non ad latera dolii, fundumq; fuit præcipitatus, sed in ipsâ Vini superficie concrevit, hancq; ita incrustavit, ut Vino, eoque generosissimo, extracto, fornicem hunc Tartareum, parietem velut intergerinum Dolii confringere necesse habuerit Doliarius. Vinum illud fuit aurei coloris fere, defæcatissimum, quod generositate suâ Alfaticum quodvis, vel ipsum Toccajano-Hungaricum provocare posset, per 15 Annorum decursum, ab Anno 1676. ad An. 1693 immotum, Meilæ primùm natum. Tartarus ipse tenuior & subtilior eo, qui concrevit ad parietes. Arguit hoc Vinum Tartareâ crustâ undiq; clausum, fluidarum particularum motum fieri in omnia latera, solidas autem illarum vehiculo ferri non deorsum duntaxat, sed & sursum. Addi insuper posset, quòd carceribus adeo firmis retenti fuerint spiritus, quò minus avolare potuerint, & vis Meri inde facta fortior.

Præmissi gratum hoc *Ὀρειολογίας* Schema, ut Vestra, Illustres Viri, prius demulcerem Palata, quam gustandos exhibeo Laborum gravissimorum fructus, mihiq; ipsi animum pararem ad superandos minori cum tædio Montes.

At enimverò Vina sola convivium non absolvunt. Hoc & nos ^{Herrliberg.} judicavimus. Invitati proin *Herrlibergam* (*Herrliberg.*) qui Pagus bihorio ubi urbe distat, ut Cereris quoq; delicias gustaremus, apulimus in Prædio Nobilissimi Ducentum Viri Dn. *Rodolphi Habii*, ubi mirè fuimus delectati tum eruditâ conversatione Viri in rebus Naturalibus præclare versati, tum aspectu pulcherrimorum Fructuum,


Dolium vinarium saxenum.

Frustrum Arboreorum, qui ex Gallia allati, & Gallico quoque more, quem *en espaliere* vocant, palis ad muros sunt alligati, tum denique contemplatione Dolii Vinarii admodum rari, quod in instructissima sua Cellâ possidet Nobiliss. Inventor. Est id Parallelepipedum merè Saxenum 150 circiter Amphorarum capax, in tria distincta conceptacula divisum (pro triplici Vinorum genere recondendo,) quæ singula 5 pedes sunt lata, 7 longa, totidemque alta. Omnia Vinum conservant optimè, nec ullo alieno sapore imbuunt, quemadmodum nec cibos Lebetes ex Lapide Comensi tornari soliti, quos fistam, ubi Clavennam devenero.

Aqua in Helvetia optima.

Verùm enimverò hisce Bacchi deliciis non capiuntur omnes: Sunt Hydropotæ, qui Lyæo nulla sacra solvunt, sed quidem Themidis flagrant desiderio. Inveniunt & hi in Patria nostra, quod quarunt, ubivis locorum Fontes tenui pellucidos undâ, fluentes placidè sed & fugientes sonoro murmure. Est hoc Aquarum Helveticarum beneficium, ΘΕΟΥ Δῶρον, nunquam satis deprædicandum, quod Montes nostri largâ copiâ non nobis duntaxat, sed & exteris Regionibus dispensant. Habent id Aquæ nostræ proprium, ut præ aliis notas possideant desideratæ ab omnibus bonitatis. Ἄριστα, inquit Divus Senex *de Aer. Aquis & Loc. ὕδατα, ὀκόσα ἐκ μετεώρων χαρτέων βίη, καὶ λόφων γενεῶν, ἀυλάτε γὰρ ἐστὶ γλυκεία καὶ λευχά, καὶ τὸν αἶνον οἴζην ὀλίγον οἴαλε ἐστὶ. τὴ δὲ χειμῶν θερμα γίνεται. τὴ δὲ θέρεος ψυχρά. ἕλω γὰρ αὖ εἶν ἐκ βαθυτάτων πηγῶν.* Optima aqua sunt, quæ ex sublimibus locis, & terræ tumulis profluunt. Hæ enim dulces sunt & albæ, modicumque Vinum ferre queunt; per Hyemem calidæ, per Æstatem frigidæ. Tales enim ex profundissimis Fontibus proveniunt. Cogitavi sæpe de Aquarum Helveticarum, præcipuè Alpinarum levitate, quâ sæpe ne minimam stomacho, aliàs ab Aquæ potu affici solito, inferunt gravitatem, copiosè licet haustæ; quod idem de Fonte quodam altissimi cujusdam Montis in *Hoja Orcadum Insula* deprædicat *Robertus Sibbaldus Prodr. Hist. Natur. Scot. Part. I. Lib. I. cap. 9. p. 21.* Nec aliam hætenus invenio causam præter eam, quam obscuris verbis sub finem citati Textûs insinuare videtur *Hippocrates*, ego ita explano. Ex Hydrophylaciis subterraneis, quorum in Montibus Helveticis Existentiam alibi demonstrabo, sublevati Vapores quò altiùs evehuntur in Cavitatibus submontanis, eò depurantur magis, quatenus scilicet relinquuntur ponè crassiores, graviores, terrestribus facti particulis, leviores autem colliguntur in Fontes & Rivos. Testimonio suo comprobabunt hoc Ratiocinium Chymici, qui subtiliores magis destillant Spiritus, aut Aquas, quo altiori loco ponunt Alembicum, & hæc quoque viâ rectificati-

ones



Sumptibus Reverendi admodum Viri D. Henrici Aldrich, S.T.P. Aedis Christi Oxonia Decani, &c.

ones suas instituunt. Comprobat hoc ipsa Aqua pluvialis, quæ Experimentiâ teste est *κρυφαίη, κ̄ γλυκυτάτη, κ̄ λεπιοτάτη, κ̄ λεπυροτάτη, levissima, & dulcissima, & tenuissima, & limpidissima*, quibus Epithetis cluet Hippocrati *l. c.* unde & basis loco nobis subserviet, quoties ad illius pondus, veluti ad Cynosuram, alias Aquas in Itinere obvias examinabimus. Hisce insuper addo, quod propter circumstans Aeris frigus, & minorem Atmosphæræ pressionem, retineantur particulæ fluidi hujus Elementi (quas utique differre puto in magnitudine & pondere) leviores, aliâs avolare in auras aptæ, quæ reliquis grandioribus viam per angustiores vasorum & tubulorum corporis nostri poros parant, ut hæc illarum vehiculo tantò faciliùs, Acidularum ferè in modum, pertransire valeant.

Primæ, quarum pondus examinavi, Aquæ Fontanæ sunt in Vico *Fontes in Vico ad Lacum (Lachen)*; habentur ab Incolis pro Mineralibus, superior quidem, *der Mezgbrunnen* dicta, pro Aluminosâ, quod cocta lactescat, & album pulverem ad fundum præcipitet, quod plurimis Helvetiæ Fontibus est commune; inferior pro Chalybeatâ, quod aciduli instar Fontis faciliè pertransit, nec quemquam aggraver; vix autem utraque aliâ, quàm communi puritatis & levitatis prærogativâ gaudet; nisi forte prior sit particulis terrestribus alcalinis foeta, quas major gravitas præter visûs testimonium indicat, unde & usurpatur à Scabiosis pro Balneo. De eadem narrant, quod verno tempore spumam supernatantem habeat sulphuream illi similem, quæ simul in Lacu Tigurino conspicitur, de quo tunc dicere solemus, eum *florere, der see blühe*: De hoc autem Phænomeno dabitur alibi commodior differendi locus. Ponderandis Aquis destinavi Globum vitreum, qui capit pluvialis Aquæ ζ ii. ζ vi. gr. xvii. superioris Aquæ, quæ pro Aluminosâ habetur, ζ ii. ζ vi. gr. xxxiv. inferioris ζ ii. ζ vi. gr. xxi. unde infero, illius Mensuram [Libram] Medicam, sive ζ xii. continere partium heterogenearum ζ i. gr. xiii. hujus verò Mensuram duntaxat gr. xxi.

Horâ 6. pomeridianâ, Tempestate pluviosâ, quam Tiguri senserunt impetuofam Tonitribus stipatam, ascendit Argentum Vivum in Barometro ad Scrupulum i. Notandum hîc, per Scrupulos intelligi decimas Tigurini Digiti Geometrici partes, (quas exhibeo in *Tab. I. Fig. 1.*) numerationem autem inchoare à summâ, quam Mercurius hætenus Tiguri attingit, altitudine, porro autem tendere deorsum, eo modo quem exhibet *A. B.* in *Fig. 3.* Eadem die domi fuit altitudo Argenti Vivi Scrup. 5. unde inferre quis posset, fuisse nos 400. pedibus inferiores Tiguro, quod paradoxon prorsus, quum non fluat Tiguro sursum Lacus, sed à Vico *ad La-*

cum deorsum. Sed scrupulum solvit, quod Tiguri fuerit Observatio facta eodem quidem die, sed ante quam Cœlum tonitru tremuit, & imbres verberarunt Agros, atq; sic eo tempore, quo Aer fuit admodum rarefactus, & vaporibus gravidus, ut altiùs quam ad locum supra notatum sustinere non valuerit Mercurium; nos autem Experimentum fecerimus post effusas jam pluvias, sereniori reddito aere, & elasticitate resumptâ.

Medus exponitur & ratio.

Abfolvunt Experimenta Barometrica circa respectivam Locorum Vallium & Montium altitudinem institui a me solita haud minimam, imò forte curiosiorem Observationum in hac Excursione collectarum partem. Haud proin ingratum erit Illustrissimæ Societati, distinctiùs paulò percipere, quâ methodo & circumspèctione uti soleam. Parare in hunc finem jubeo Baculum teretem *Fig. 2.* sed per mediam longitudinem dissectum, sive in binos hemicylindros divisum, quibus incisa est crena pro recipiendo vitro *C. D. Fig. 3.* corrigiolis duobus vel tribus in *E. F. G.* insuper agglutinando, ut eò firmiùs hæreat, nec vacillet. Baculi extremitates, summam *A. Fig. 2.* & imam *B.* claudo Operculis cavis, ex Cornu tornatis, & per Cochleas *a. b. c. d. e. f. g. h.* firmiter adaptandis, superiori *A.* globoso magis, inferiori *B.* cylindrico, ut figuram Baculi ambulatorii longitudine tripedali circiter, & totâ facie externâ propiùs emuletur, atq; simul usibus meis inservire possit. Baculi scapum, ne fortè dehiscat, constringo annulis binis etiam corneis. Præter Baculum hunc Tubo Torricelliano instructum, quem ipse securitatis majoris ergò gestare soleo, famulis atque comitibus trado insuper Argenti Vivi libram unam, vel duas, phialâ vitreâ probè clausas, & præterea Pyxide ligneâ opertas; porro filum ferreum tenue, cum Infundibulo exiguo corneo, & corio mundo ad depurandum Mercurium. Quoniam autem vitrei Tubi non ejusdem sunt omnes diametri seu orificii, tenuiores alii & sensibiliores, alii contrâ ampliores & magis insensibiles, necesse omnino puto, ut ante decessum, domi in Turribus vel Montibus Urbi vicinis fiant Experimenta iterata eodem, qui in Itinere adhiberi debet, Tubo, ut innotescat, quantum delabatur Mercurius in altitudine pedum 50, 100, 200, &c. Ita comperi, antequam Iter Anni 1702. & hoc ipsum Anni 1703. aggressus fui, scrupulum unum, seu decimam Digiti Tigurini partem respondere 8 perticis, sive 80 pedibus, & huic Observationi per iterata Experimenta confirmatæ postea superstruo computum. In omnem Tubi vitrei fracturam patientis eventum mecum portare soleo bina vel terna alia vitra capsulâ ligneâ probe clausa, ejusdem cum priore diametri & effectus,

fectus, ut uno fracto aliud ad manus esse possit. Apparatum hunc Barometricum ad radicem proximi Montis, vel in cujusvis Pagi Diverforio evolvo, partes baculi dissolvo, annulis & cochleis libero, Tubum, filo prius ad fundum usque intruso, Mercurio repleo, cavendo probè, ne bullulæ quædam aeris remaneant; hoc factò, hemicylindricum baculum cochleato Operculo connecto, firmatum inverto, atq; locum vel gradum, quousque Mercurius ascendit, adnoto. *Vid. Tab. I. fig. 3.* In summo Montis vertice *Tab. I. Fig. 3.* idem Experimentum eadem curâ repeto, observans rursus, ad quot digitos & scrupulos descendat nunc Mercurius. Intervallum illud, quod radicem & cacumen Montis intercedit, ad scrupulos quàm exactè fieri potest (erecto prius ad perpendicularium baculo) numero, & per Regulam auream, De Tribus dictam, infero

I. *Scrup. facit 80. pedd., quot Intervallum à me observatum?*

Sic prodit altitudo loci, vel Montis perpendicularis in quarto termino proportionali. Quòd si eodem die eadem viâ ex Monte rursus descendam, in Valle idem, quod ante feci, Experimentum reitèro, ut observem, num eodem cum priori loco hæreat Argenti Vivi Liquor, vel aliquam subierit mutationem Aer. Quòd si verò in opposito Montis latere in aliam à priori Vallem descendero, soleo hîc rursus instituere Experimentum, & duplici computo invenire tum altitudinem Montis respectu hujus Vallis, tum etiam binarum Vallium respectivum, elevatiorem scil. aut depressiorem, situm. Non vacat nunc fufius immorari Ætiologiæ, quam ex majori, minorive Atmosphæræ, quæ imis Vallibus, & summis Montibus superstat, altitudine levissimâ operâ deducunt Physici, nec etiam discutere difficultates, quæ bonitatem Operationis infringere valent, & desumi possunt ex diversâ aeris, imi & summi, constitutione, compressiore ibi & calidiore, hîc rariore & frigidiore, ex tempestatum continuâ variatione, &c. Imò nec prætendo Veritatem omnibus dubiis plenè liberatam adhuc dum sistere, quæ operta Nubium involucris mihi ipsi videtur.

Die 4. Iduum Aug. Equis vecti *Vesenam, (Wesen,)* pertransivimus Loca sequentia in Provincia *Ad Fines (March)* dicta, sita: *Galgenen, Sibnen, Schübelbach, Reichenburg,* sed & Pagos duos *Glaronensium, Bilten & Nider Urnen.*

Ad Fines.

*Glaronensium
Territorium*

Supra *Biltenam superiorem* (*Ober-Bilten*) erigitur Mons, cui nomen *Hirtzli*, cuiusve inferior pars vocatur *Nideren*.

*Balneum Nider
Urnen.*

Medios inter *Biltenenses*, & *Inferiores Urnenses* est *Balneum Inferiorum Urnensium* (*das Nider Urnen Bad*), quod scaturit ex radice *Rubri Montis, des Robten Bergs*, a colore ita dicti, & mox in Domo vicinâ coquitur, atque ex ipso Aheno in Lavacra dispefcitur, ut Balneantium usui inferviat. De hoc Balneo notari meretur, quod nec a Pluviis exundet, nec exarescat summâ Æstate, atque sic eundem per totum annum, & perennem habeat fluxum, hyeme tamen tepescat admodum. Mineralia, quibus imprægnatum hoc Balneum, sunt ex mente *Jodoci Pfendleri*, Med. quondam Doctoris, & *Landammanni*, Æs, Ferrum, Vitriolum, Alumen, & Aurum; cui subscribunt *Jacobus Zieglerus*, & *Rodolphus Gygerus*, Archiatri Tigurini, & proin Fontem hunc Naturâ suâ calidum, siccum, & adstringentem externè & internè usurpandum volunt in Affectibus Arthriticis, Paralyticis, Colicis, Asthmaticis, Leprosis & Scabiosis, Ictericis, Phtificis, in Ventriculi Imbecillitate, Hæmoptysi, Mensium, omnibusque aliis Sanguinis fluxibus nimis; Ulceribus inveteratis, Ophtalmiâ humidâ, Febribus Intermittentibus. Limum ex Aquâ in Aheno præcipitatum, uti & Tartarum seu Tosum pulverisatum jubent inspergere Ulceribus fistulosis, & Vulneribus dyssepuloticis. Hoc insuper observant, qui Balneum possident, quod qui curam Thermarum Piperinarum, aliarumque celebriorum non absolvent hic veluti in succedaneo ad opatum finem perducant. Nos quæ in loco ipso circa has Aquas observaverimus, paucis tangemus. Vitro acceptam pellucidam vidimus, & gustui gratam, frigidamque imò & levem sensimus, quæ Stomachum non aggravet. Pondus fuit $\text{ʒij. ʒvj. gr. xxxiii.}$ ut Libra Medica contineat ʒi. gr. ix. materiæ heterogenæ, quæ limus est subtilis terrestris cinerei coloris, qui sese mox inter coquendum præcipitat. Per infusiones Syrupi Violarum, Tinct. Tornæsol. Merc. sublimat. Vitriol. Olei Tart. per deliq. Spir. Sal. Armoniac. Urinos. & Vinos. examinata hæc Aqua nullam sensibilem ostendit mutationem, nisi quod ex infusione Merc. sublimat. comparuerit Cuticula varicolor Iridi non absimilis, & ab Ol. Tart. p. d. paulum fuerit lacteo colore turbata.

*Aqua sulphu-
reo-bituminosa.*

Ad Radices Montis *Wallenberg*, qui ad Meridionale *Lacus Rivarij* latus erigitur, scaturit *Aqua Sulphureo-bituminosa*, viscidis concretionibus referta. Examinata hæc per injectionem diversorum, & supra jam nominatorum, Liqueurum nullam fere subit

subiit mutationem, nisi quod ex Ol. Tart. p. d. paulum lactesce-
ret, & ex Merc. sublimat. apparuerit etiam Cuticula, Sulphuris
index, juxta odorem gravem, qui statim sese naribus obvium fistit.
Ejusdem prorsus est Naturæ, Odoris, eorundem etiam contento-
rum viscidorum (quibus hîc & ibi involvitur *Erucula miniati co-*
loris Tab. I. Fig. 4.) Aqua in Territorio Tigurino, supra Pagos *Erucula mini-*
ata. Tab. 3.
Rüschlikon & Kilchberg, de qua sequentia commemorat ὁ πᾶν *Fig. 4.*
Conradus Gesnerus. Balneum, quod aliqui a Lactis crema nomi-
nant das Nijdelbad. paulò supra Pagum, cui nomen à Templ. in
Monte sito Kilchberg, oritur ex puteo quodam in Sy'va uliginosa
effosso. Aqua Sulphur olet, satis fetida, & qua fluit, rubiginem
quandam relinquit. Hoc aliquamdiu intermissum, nuper autem à
Rusticis ejus loci accolis frequentari cepit, tanquam adversus
Scabiem & Febres utile; an verè Sulphur contineat, incertus sum:
pleræq; enim Aquæ locis uliginosis orta, præfertim in puteis, simi-
lem odorem sulphureum & fetentem reddunt. Adnotat insuper
Joh. Erhardus Ischerus Beschreib. des Zurichsee, p. 252. quòd
vicina Fonti huic, quæ uliginosa admodum sunt, Prata, ab ipso
Odore, quo imbuuntur, & Aquâ, quâ irrigantur, Zum Schweb-
e-brunnen nuncupentur. Ego, quæ Mense Junio An. 1701. circa
hanc Aquam in ipso Loco natali observaverim, huic etiam Tracta-
tioni immiscere non gravabor. Alvei, cui includitur hic Fons,
parietes incrustantur materiâ mucilaginoso-bituminosâ, coloris
subviridis & obsoleti, crassitudine dimidii pollicis, quæ etiam hu-
ic Aquæ instar Spermatis Ranarum innatat. Hæc in Extracti spif-
fioris formam ad siccitatem ferme coacta odorem spargebat fœ-
tidum sulphuream, etiam accensa. Prolecta per Distillationem
Aqua sulphureum quoq; & fœtidum spirabat odorem, volitantibus
sparsim in ipsa distillata filamentis tenuibus, quæ, ubi residerit
Aqua, per mutuam adhæsiorem in ipsam rursus mucilaginem bitu-
minosam abeunt. Esse autem materiam hanc viscidam mucilaginoso-
bituminosam vel inde patet, quòd in Aqua communi solutum
materiæ illius Extractum Tincturam det citrinam, & in Spiritu
Vini intensè croceam, vel Aurantij coloris. Rubiginem, quam
Gesnerus annotavit, relinquere hanc Aquam, quâ fluit, non ob-
servavi, nec facillè observare potui, quia uno alveo quadrato fons
est inclusus, nullius hodie usûs. Guttas oleosas Aquæ innatare
non vidi. Commota baculo Aqua sulphur manifestè olet, quòd
absque agitatione non ita est sensibile. Pellucida insuper est, &
fontanæ ad instar clara. Ex tredecim Libris Medicis Aquæ,
evaporationi expõsitis ad siccitatem usque, remanserunt nonnisi

gran. vi. Croci subflavi subtilis. Mutationem ex affuso Ol. Tart. p. d. & Spir. Sal. Armon. nullam sensi. Extractions etiam cum Aquâ & Spiritu Vini factæ ex infusis variis Liquoribus nullam sensibilem subierunt mutationem. Specificas gravitates sequenti modo expressi:

Aqua Fontan. comm. ℥i. ℥vii. ℥i. gr. viii.

Aqua Sulphurea distillat. ℥i. ℥vii. ℥ii. gr. xviii.

Judicavi inde, continere ℥i. *Aq. sulph. distillatæ* gr. xv. vel xvi. prope materiæ heterogenæ, & *Libram Medicam* ℥ix ad minimum.

*Aqua Fontana
in Vesenâ.*

Aquæ Fontanæ prope *Vesenam im Lochbrunnen* Gravitas Specifica est ℥ii. ℥vi. gr. xxv. ut in una *Libra Medica* contineantur partium terrestrium gr. xxxiv. Habetur & hæc pro Minerali, nullas tamen ab infusis variis Liquoribus passa est mutationes, nisi quod a Merc. Sublimat. cuticulam repræsentet varicolorem, & ab Ol. Tartar. p. d. paulum fuerit turbata.

Crypta Æolia.

Ad Radices Montis *Blättlisberg*, qui *Lacum Rivarium* a Septentrione claudit, est *Crypta Æolia*, Sclopeti jactu distans a *Vesena*.

Rivarius Lacus.

In *Rivario Lacu*, qui aliàs etiam *Rivanus*, *Ripanus*, *Ripensis*, *Walenstadiensis*, (communiter *der Wallenstatter See*) *Vesenius*, ab *Oppidis Valenstadio*, *Wallenstatt*, *Wahlenstad* (quod *Riva* etiam vocatur, & *Ripa*), & *Vesenâ* (*Wesen*) Lacui aditus, audit, & circa eum, porro observavimus res satis curiosas, quarum Relatio erit omnino presenti loco maximè apta.

Venti Stati.

Per universam Helvetiam Venti sunt irregulares, aut *Rivarium* hunc *Lacum* solent, tempore constanti & sereno, perflare *Venti periodici*, quibus possunt *Nautæ Vesenâ Vallenstadium*, & vicissim *Vesenam* tendentes commodè uti. Historia sequentem in modum sese habet. Mane summo, ante Solis Exortum incipit *Eurus*, & spirat, tempore scil. sereno & activo cum primis, unde & communi nomine Ventus hic *der Heiwetterwind* vocatur, (quod eo regulariter flante Fœnum & secari & exficari commodè possit,) ad horam circiter decimam; a decimâ ad duodecimam est (sit venia verbo) *Ventistitium*, quo Aer est tranquillus. Post horam duodecimam agere incipit *Zephyrus*, seu *Occidentalis*, & pergit regnare usque ad *esperam*: Post occasum autem Solis respirat *Orientalis*, *der Oberwind*. Ordinos hosce motus interturbare quandoq; solet *Boreas*, ingratus *Nautis* hospes, quem hic loci

vocant

vocare solent *den Blattliffer*, & *Kalchtharler-wind*, à locis, quæ perflat, monte *Blättlis*, & *Kalchtharen* ad ejus radices sito. Rationem Phænomeni hujus claram reddet Consideratio Sitûs. Jacet *Rivarius Lacus* ab Ortu versus Occasum aperto fatis cælo, quod radios ortivi Solis mox admittit, sed & occidui efficaciam ad seram usque vesperam concedit. Ast septentrionem versus, & Meridie[m] altissimi exsurgunt Montes, qui in causa sunt, ut æstuant Lacus hujus fluctus, faxis allisi, in seipos resiliere cogantur, navigantibusque boatu suo, & vehementiâ, sæpenumerò non leves incutiant terrores. Facile hinc judicare licet, quòd Atmosphæra ab Oriente Sole rarefacta, vel aliquantulum saltem expansa, non undique æqualiter sese possit in omnes diffundere plagas, & sic diffusam auram suam dispensare ex æquo, vel prorsus amittere, sed incarcerata veluti inter alta Glaronensium, Toggiorum, & Sarunetum juga fluere cogatur versus Occasum. Durat autem hic flatus ad horam usque decimam matutinam, quâ incipit Sol culminare Meridie[m] Lacus, & Atmosphæram totam, quæ huic incumbit, æqualiter afficere: Verùm enimverò ab horâ duodecimâ ad quintam usque, vel sextam vespertinam expanditur magis Atmosphæra ea portio, quæ Vesenæ adstat, & expansa pellitur Vallenstadium eodem prorsus modo, quo supra explicuimus generis Venti Orientalis. Quòd autem respirare soleat horâ circiter septimâ, vel tardiori aliâ, Eurus, inde deduco, quòd Aeris sphaera à Solis calore expansa, & Ripam versus pulsa, occiduo jam Sole, in angustius spatium redire soleat, imò Vesenam versus proprio veluti pondere, & resumto elasticitatis pristinae nisu refluere.

Quòd si Venti hujus periodici beneficio cymbam *Vesenâ Ripam* Montes ad Ri- versus promoveo, varii Lacus ri- occurrunt ex Latere sinistro seu Septentrionali pas erecti, & a- Montes *Fiderschen* seu *Blättlisberg*, de quo ante; *Mattstock*, lia ibi notata huic contiguus; *Auf Ammon*, ubi Parochia est ejusdem nominis; digna Judicat *Gulerus Rat. p. 213. b.* dictum fuisse hunc Montem, vel Pagum ipsum, à *Rhætis au Munt*, indeque venire nomen *Ammon*; alii tamen interpretantur hanc vocem per *amœnum Montem*, ut *Räbmann. Gespräch von Berg. p. 256.* Amœnitatem huic Monti conciliat non sola fecunditas Pagi, sed & Rivus *Muslen*, qui ex hoc Monte præceps ruit in Lacum, & præternavigantibus jucundum suo lapsu spectaculum præbet. Ad Montis radices sita olim erat Arx *Straleck*, nunc restat Sacellum. Sequitur Mons *Serren*, cui initium dat *der Bejerbach* rivus. Huic putant Accolæ communicare aquas ipsum Rhenum, qui tamen longè abhinc Rhe-

Iter Alpinum Secundum.

Rhenanam Vallem perfluit; conjecturam inde sumunt, quod accrescente hoc Fluvio simul exundet hic rivus, & decrescente arefcatur. *Quintnerberg*, ita dictus a vicino Pago *Quinta*, *Quinten*, qui Romanam Antiquitatem adhuc in nomine fervat. *Jos en* cujus basis *die glatte wand* vulgò nuncupatur, quod perpendicularis affurgat supra Lacum, qui hinc loci summæ dicitur esse profunditatis, ad trecentas circiter orgyias. Porro sese invicem excipiunt alii Montes: *Schwalbis*; *Schrynen*; *Tschinglen*; *Büntz*; *Tscherler Alp*.

Latus *Rivarii Lacus* Meridionale claudunt *Glaronensium* & *Sarunetum* Montes sequentes: *Wallenberg*; *Britterwald*, de quo sciendum, fuisse *Helvetiæ Antiquæ*, & *Tigurini Pagi* in specie, *Episcopatum* item, *Curienlis* & *Constantiensis* terminum limitaneum, adnotante *Tschudio in Helvet. Antiq. MSC.* Pars ejus est *Goffelstalden*. Ad radices Montis hujus incipit *Via nova*, *der neue weg*, magnis sumtibus hinc inde petris incisa, in gratiam eorum, qui navibus vehi vel nolunt, vel propter ventorum favitiam non possunt; cujus elaborationem obtulerunt jam A. 1571. certis conditionibus *Glaronenses*, uti videre est ex *Abscheid. Bad Ann. cit. in Januar. § 1. Mürtsch Stock, Mortsch*, quem inter & præcedentem defluit rivulus *Filsbach*; Montis hujus summum fere, idque saxosum & sterile, cacumen perforatum est cavo, quod navigantibus mox sese offert, & eminens perspicendum præbet. In opposito ejusdem Montis latere, quod *Glaronam* respicit, fuit olim *Argentifodina* celebris. Ad radices est Pagus *Müllibaar*, & *Mullihal* vallis. Sequitur *der Kijretzerberg*, cui adjacet Pagus *Kijretzen*; *Murgen*, ubi est *Officina Ferri fusoria*. *Quartum*, *Quarten*, & Pago huic adstans Mons *Tertensium*, *der Tertznerberg*; *Molserberg*, cum Pago *Mols*; *Roiſchyben* monticulus, juxta quem effluit in Lacum *Rivarium* fluvius *Aa*. His imminet Mons *Glaronensium* præaltus *Spitzmeil*, cui forte *Etymologiam* fecit cacumen ferme fastigiatum.

Chalybis vena Sarunetana qua excoquitur in Pago Flumbs.

Die 3. Iduum Aug. Equis vecti devenimus in Pagum *Flumbs*, cui Latinum *Fluminis* nomen est. Excoquitur hinc *Vena præcellens Chalybis*, cujus locus natalis est in altissimo *Sarunetum* Monte *Gunzen*. Est hæc *Vena triplex*, *Schwartz Ertz*, *Meliwerk*, & *Robtertz*, quæ vix nisi a peritis ab invicem distinguuntur, & ex diversis *Fodinarum* partibus advehuntur. Harum mixtura proportionata dat immediatè *Chalybem*, minus exacta *Ferrum*. Qui *venas* hæc incrustant *Lapides rubri*, vocantur *Leberberg*, a colore

re Hepatis, & indices sunt Venæ Chalybis, tum incipientis, tum desinentis. Elocantur nunc à VII. Helvetiæ Pagis veteribus Fodina & Officinæ fuforiæ Dominis Gaadiis Sarunetibus, ante quinquaginta autem & plures annos fuere in manibus Tigurinorum. Notum est iis, quibus Historia Metallorum est perspecta, raras admodum esse *Chalybis nativi*, qui *Stabelstein* & *Kernstabel* vulgò dicitur, venas, quandoquidem omnis fere Chalybs conficiatur ex Ferro, qui hinc *Eisen-Stabel* ad distinctionem prioris nuncupari solet. *Effossus olim est Chalybs naturalis penes Chalybonem, celebre Assyriæ Emporium, & celebrabatur illa ut præstantissima, quamvis juxta Chalydicum Stomoma Græci veteres meminerint etiam τὴ Σιδωνικῆ, τὴ Λυδίας ἢ τὴ Λακωνικῆ.* *Salmas. Exercit. in Solin. p. 763.* In Europa non est mihi cognita ulla vera Chalybis fodina, nisi forte hac prærogativa gaudeat in Tyrreno Mari *Ilva, Elba,*

Insula inexhaustis Chalybum generosa Metallis.

Et *Ferrum Noricum*, cui ob tenacitatem & optimam duritiem *Amasiam obstinatam* comparat *Ovidius*:

Durior es Ferro, quod Noricus excoquit Ignis.

Vallenstadio, quod olim *Statio* fuit *Rhetorum*, itur *Ragazium* ^{*Sarunetum Comitatus.*} (*Ragaz*) per *Tscherlen*; *Bertschis* (*Borsis, Persinios*); *Flumbs* (*Fluminis, ad Flumina*); *Halbmeil*; *Sargans* (*Sarunetum, Sarunegaunum, Sarunegaunis villa,*) quæ *Præfecti* totius *Comitatus* est *Sedes*, & nomen fert totius *Regionis*; accipit autem nomen à præterfluente fluviolo *Sara, Saren*, cui scaturiginem præbet tractus montanus *Ragazio* & *Filtris* (*Vilters*) interjectus. *Gul. Ret. p. 211.*

In *Diversorio Ragaziensi* fuit tempore sereno, horâ tertiâ pomeridianâ, *Mercurii* altitudo in *Barometro* 5. *Scrup.* *Tiguri* eodem die 7. Ex *Barometricis* hujus & præcedentis diei (quo fuit *Ripæ* horâ 9 pomeridianâ, cœlo sereno, 1. *Scrup. Tiguri* 4.) imò & subsequenti, observationibus colligo, *Aeris Elasticitatem* esse in altioribus, seu *Inalpinis Regionibus*, longè majorem, quàm apud nos, quum altiori loco consistat *Mercurius* hîc, contrarium autem effectum experiri oporteret, ob altiorem hîc, depressiorem ibi *Atmosphæram*. *Causam* hæcenus adscribo majori *Aeris* in *Regionibus Alpinis* puritati, unde fit, ut *Aeris spirulæ* facilius possint *Elasticitatis* suæ vires in hæc inferiora premendo exerere, quàm

quàm ubi sunt à particulis vaporosis & halituosis variis impeditæ, uti apud nos. De his autem aliorum, expertiorum quidem, iudicia audire malo, quàm proprias conjecturas cuiquam obtrudere.

Cœnobii Fabariensis

Ragazio relicto conscendimus montem, cui inædificatum est *Fabariense Monasterium Benedictini ordinis* (das Kloster Pfäfers) circa A. C. 720. fundatum, cui nunc præest Rev. Princeps & Ab. b. s. Dn. *Bonifacius Schupp*, Surseensis. Templi Monasterialis, quod ante paucos Annos est extructum, Columnæ sunt partim ex *Marmore Fabariensi* (quod haud longè à Cœnobio foditur) cinereo-nigro, partim ex *Sargansienti* nigro teneriori, utroque Venis albis interstincto, fabricatæ.

Altitudo.

In Cœnobio *Fabariensi Mercurius* delapsus est in *Barometro* ad $13\frac{1}{2}$ *Scrup.* unde iudicavi, Cœnobium elevatum esse supra *Ragaziensem* planitiem 680 *pedd.*

Therma

Sub vesperam descendimus in *Thermas*, & invenimus ibi altitudinem *Mercurii* $9\frac{1}{2}$ *Scrup.* unde conjectavi illas altiores esse *Ragazio* 360 *pedd.* & depressiores Cœnobio 320.

Pridie Iduum Aug. horâ meridianâ *Mercurii* altitudo fuit 10. *Scrup.* & eodem tempore *Tiguri* 6. unde inferre quis posset, qui difficultates *Calculi* ante propositas non attendit, *Thermas* hæc elevatas esse supra *Tigurinam Urbem* 320 *pedd.* & *Monasterium* ipsum 640.

Favaria.

Hunc diem, & sequentis magnam partem impendimus *Examine* *Aquarum*, quæ *Thermæ Favarienses*, *Favaria*, *Favariana*, *Favorina*, *Piperina* vulgò nuncupantur, nobis communiter *Pfefferbad*, *Pfäfers wasser*, & *Europæis* celebrioribus palmam vel auferunt, vel saltem disputant, in profundis *Montium* faucibus locatæ, *Auro* similes & nobilioribus *Gemmis*, ad quas difficillimos paravit *Natura* aditus; hinc & *Scriptorum* plurium exercuerunt *calamos*, ex quibus singulares *Tractatus* scripserunt *Joh. Kolweck*, Cœnobii *Secretarius*; *Matthæus Zimmermannus*, M. D. *Polygrammateus* *Raperwilanus*; *Augustinus Stöcklin*; *Joh. Abiss*, *Medicus* *Curiensis*; *Mich. Raphael Schmuzius*, & quem primùm nominare debuissim, *Theophrastus Paracelsus*; passim verò *Aquarum Favariensium* situm & *Virtutes* descripserunt in suis *Operibus* *Guler. Ret. Lib. VI.* *Sprecher Pallad. Rhet. Lib. III.* *Stumpf. Chron. Helv. Lib. X.* *Tschud. Rhet. Alpgeb. cap. de Fabar.* *Wagner. Helv. Cur. p. 91.* & plures alii, quorum nomina recensere non vacat, nedum contenta concisæ huic descriptioni inserere. Magni *Voluminis* res foret, ἢ ἐπιτολικῆς ὑποθέσεως. Ne tamen *insalutatis* *salutaribus* his *Lymphis* discedam, lubet *ὡς ἐν ἐπιτομῇ* præcipua, quæ

quæ dici possunt, & ipse expertus sum, hæc sistere. Inventæ fuerunt casu hæ Thermae A. 1240. sub Regimine *Hugonis à Willingen*, qui tunc Cœnobio præfuit, ab Aucupe quodam ex Alto-balkanorum Familia (*Carlinen von Hoben Balken*) de qua ultima propago, *Bartholomeus Carlet*, obiit Valentia, in Pago Thermis proximo, A. 1616. d. 12. Jun. Scaturit Aqua in horribili Antro, quod inaccessum fere est Solis radiis, imò & hominibus, nisi projectæ sint audaciæ, nec Vertigini obnoxii. Hanc quippe summo cum Vitæ periculo inducere possit angustia viæ sive ponticuli, qui ubique fere è saxis pendet, vel miro artificiò adaptatis fulcris innititur, porrò Taminnæ Torrentis aspectus, qui infra me transeuntem spumans, & citò, cum horrendo strepitu faxeis parietibus inclusus perfluit; imminetia item, & ruinam quovis momento minitantiæ, imò saepe cadentiæ, Saxa, quæ naturales efformant Arcus, centum, & ultra, pedes altos, passim licet disruptos, ut Solis radiis aliqualis pateat aditus, inde autem loci discrimen pateat tantò magis. Protenditur autem Aquæ ductus, & præcitatæ ponticuli longitudo ad 600. & quod excurrit passus. Scaturigo non est una, sed multiplex, primaria tamen, quæ peculiari portâ referatur, adeo abundans, ut molæ circumrotandæ sufficeret; aliæ laterales origines, quæ ejusdem claritatis & bonitatis Aquas vehunt, nulli reservantur usui, sed postquam è saxorum fissuris, & Terræ limosæ poris profluxêre, lymphas suas rapidæ Taminnæ infundunt. Id præ aliis Thermis singulare habent hæ Aquæ, ut Majo mense communiter prorumpant, & cum impetu quidem, præeuntibus Faginis foliis, Pomis, aliarumve Arborum sylvestrium fructibus, Septembri autem mense, vel Octobri rursus sese subducant, Majalibus adeo, seu Temporariis Fontibus accensendæ, uno tamen anno copiosius fluant, parcius alio. Ingredientia hujus Aquæ Mineralia quod spectat, sunt ea ad hunc usque diem, si verum fateri velimus, ita abscondita, ut nil dicere liceat, quod vel à priori possit certò probari, vel à posteriori demonstrari. Est limpidissima, colore omni & sapore, imò & odore destituta, omnium palato ex æquo grata, unde judicavit *Paracelsus*, Medicus & Chymicus sua laude non frustrandus, esse Aquam purissimam, simplicem, & verè Elementarem, nec Sulphure, nec Minerali alio imprægnatam. *Fuchsius*, *Rulandus*, & alii, adscribunt Thermis hisce Sulphur, Nitrum, Æs, Ferrum, & Aurum. *Thurneisserus* Magnetem, Aurum, Æs, Sulphur, in Vehiculo Aquæ communis soluta. *Bruschius* Aurum & Æs. *Abisius* Ferrum, Terram sigillatam, Nitrum, & Aurum purissimum; cui etiam subscribit *Zimmermannus*, Auri sulphuri

phuri prædominium tribuens. Certum hoc est, quòd Sulphur contineat subtile; certum item hoc, quòd si diu steterit sponte præcipitetur nunc Terra quædam pinguiscula, Auri bracteolis læta, nunc etiam Crystalli pellucidæ. Mineralium præsentiam indicat quoque pondus, quod ad Scaturiginem comperi $\text{ʒij. ʒvi. gr. xxx.}$ & inde subsumi, in Libra Medica contineri gr. 51. partium alienarum. Comperi etiam hoc, quòd ex affusis variis Liqueoribus, acidis & alcalinis Spir. Sal. Armoniac. Vinos. & Nitros. Ol. Tart. p. d. Spir. Vitriol. Solut. Merc. Sublimat. Tinct. Tornæsol. Solut. Vitriol. nulla subsequuta fuerit præcipitatio, aliæ mutatio, saltem non illicò, diu enim commorari in Antro horrido simul & squallido non licuit. Solus Violarum Syrupus videbatur induere colorem virescentem. Invenit *Joh. Franciscus Vicarius Piperinas* has Aquas uno tempore præcipitabiles, alio non item. *Hydrophylac. p. 87.* Inferre hinc licet, esse, quæcunque tandem fuerint, Thermarum harum Ingredientia, in subtilissimas particulas discerpta, relictis in Terræ Saxorumque poris crassioribus, insuper adeò arctè invicem, & cum Aquæ vehiculo unita, ut haud facillè ab infusis Menstruis, vel Ignis Distillatorii ope se jungi se patientar. De viribus Aquæ hujus multa dici possent, si per tempus id, & chartæ angustiam, liceret. Afferam tamen, quæ in exiguam pagellam contraxit *Wagnerus Helv. Cur. p. 95.* *Laudatissimæ & saluberrimæ hæ Aquæ, inquit, Sanitatis Thesaurus sunt præstantissimus, quippe quæ tum potæ tum Balnei loco adhibita profunt Cerebri & Nervorum Obstructionibus, Epilepsia, Apoplexia, Capitis Doloribus, deperditæ Memoria, Visus obscuritati, Auditus gravitati, Paralyticis, contractis, convulsis, Artuum tremoribus, Membrorum Lassitudinibus, Fecoris, Lienis, Mesenterii obstructionibus, Melancholiæ Hypochondriacæ, Podagricis, Ischiadicis, Chiragrâ & inveterata Febre correptis, Membris fractis, contusis, sugillatis, malignis & malè curatis Ulceribus, Renum & Vesicæ Calculis, variis & inveteratis Uteri affectibus, Scabei, Impetigini, Elephantiasi; Cancris item & Fistulis, Mammillarum Ulceribus, Mensium Intemperiei, &c. Hujusmodi Virtutes sexcentas habent alias, quas scientes jam præterimus. Sibi autem ab iis caveant Hydropici, Phthisici, Hæctici, Ictericis, Lue Venereâ infecti, Leprosi, Dysenterici, Mulieres gravida: Summatim.*

Iter Alpinum Secundum.

Est DEUS & clemens mirisque Favarii in undis,
Qui morbo afflictis millia mira facit.

Die eodem reliquimus Thermas, ut nos conferremus in Pagum *Vättis*, qui ultimus est in Comitatu *Sarunetum*. Pertransivimus autem Pagos *Valentz*, *Valens*, & *Sin*, cui à sinistris ad *Valentia*. stat Mons *Munton*, à dextris autem alius *Findels* & *Alplein* dictus. Mox à sinistris comites habuimus *Galandæ* (*Calandæ*, *Galanda Mons*, *Caland*) Montis altissima Juga, quæ sese protendunt per integram Vallem *Vettensem*, & ex hac parte prærupta sunt valde, & altis præcipitiis horrida, ab altera autem, qua *Curiam* spectant & *Fagonicum* (*Feldsperg*) tractabilia, & fœcundis pascuis plena. Montem ipsum non conscendimus, quas autem olim in eo collegit *Plantas* *Joh. Fabritius* *Curiensis*, has recenset *Conr. Gesnerus* in *Aret. Descr. Stocborn. p. 235. b.*

Ad Occasum Pagi *Vättis* sunt Montes *Simmelberg* & *Calveissen*, *Calveissen*. qui Glacialia Juga per totum Anni decursum servant, & *Taminæ* Torrenti natales præbent, teste *Kolweck vom Pfeffersbad. p. 75.* Habitati olim dicuntur ab hominibus staturæ penè giganteæ, quorum reliquiæ prostant adhuc in quodam Ossuario.

Vettisii erat horâ 5. vespertinâ, aere pluvioso, *Mercurij* altitudo 17 $\frac{1}{2}$. *Scrup.* unde collegi, locum hunc elevatiorem esse *Thermis* *Piperinis* 600. *ped.* & *Tiguro* 920. *Vettis Altitudo.*

Sunt in his Regionibus Alpinis propter dominans frigus *Insecta* admodum rara: Occurrit tamen *Valentiam* inter & *Vättis*, quem *Capricornus*. depingere ad vivum volui *Tab. I. fig. v. Capricornus seu Kędęu ęoę* *Tab. I. Fig. v.* primus *Moufeti*, coloris serè cinerei, cujus venter, crura, & cornua, dilutè, imò eleganter, cærulea, articulis nigris interstincta, *scapule*, *cauda* & *clytra*, nigris quibusdam maculis variegata: *Postrema crura* reliquis longiora crescebant. Confule *Jonston. Tab. xv.*

Idibus Augusti perambulavimus pedibus *Vallem Vettensem* (*Vättisthal*) pratis peramœnis, fontibusque limpidissimis plenam. Ante autem, quàm pedes ex *Diversorio* movimus, invenimus primo mane *Mercurij* altitudinem eandem cum *hesternâ*.

Dimidiâ horâ à Pago profiliunt summo impetu immediatè ex *Petris*, quæ 25. circiter pedibus ab invicem distant, *Torrentes* *Minerales*. *Gorbsbäch* vel *Gorbsbrunnen* dicti, qui mox in *Vallem* sese spumantes præcipitant: *Diameter* *Scaturiginis* unius est pedum circiter duorum, alterius penè trium. Inferre licet ex impetuoso eorum prolapsu, esse in Montis illius interrameis *Hydrophylacium*

Iter Alpinum Secundum.

fatis ingens, & elevatius quidem ipsis Ostiis, ex quibus Aqua profluit. Notari porro meretur, esse hos Fontes temporarios, non perennes, & cum Majalibus fluxum tum inchoare, tum terminare. Fontes ipsos ex Monte profluos sistit *Tab. II.*

Tab. II.

*Gunggels Montis
Altitudo.*

In Monte *Gunggels*, *Gungelserberg*, *Kunckels*, qui transitum præbet euntibus Rhætiis ad *Thermas Fabarias*, & Comitatum *Sarunetum*, observavimus *Mercurii* delapsum $27 \frac{1}{2}$ *Scrup.* ut hinc colligere liceat, elevatorem esse hanc planitiem, in qua fuimus, montosam *Pago Vettiensi 800. ped.* & *Tiguro*, quod in eodem statu vidit hoc die *Barometrum*, atque in præcedenti, 1720.

Tab. III.

Nebula Alpina.

Hic ubi confedimus, in obtutum venit *Columna saxea*, *Statuæ* ad instar ad pedes triginta & plures à *Naturâ erecta*, *der Sennenstein* dicta, (*Tab. III. Lit. A.*) juxta quam tempore sereno perpetuò fere surgit *Nebula* (*Lit. B.*), quam *ficcam*, *trocken*, *Hei-wetter Nebel* vocant *Alpicolæ*; affirmantes uno ore de hoc *albidarum Nebularum* genere, (ex quarum apparitione *serenitatem* prænuntiant) quod ipse postea his meis oculis conspexi in *descensu Montis Spelugæ*, & alibi passim, surgere eas ex ipsâ *Terrâ*, non verò aliunde advehi per *aera*. Idem nobiscum judicat *M. Joachim Fridericus Creilovius*, *Pastor Rommeledensis* in *Westro-Gothiâ*, occasione *Woodwardianarum Quæstionum*, quas *Novis Maris Balib. & Septentr.* inferuerunt horum *Collectores*, *Ann. 1703. p. 83.* *Ante annos 14.* inquit, *Et quod excurrit, æstivo tempore in itinere constitutus manens, ad Solis Ortum, observavi radios Solares summo excelsissimæ cæcis cacumini injectos excitasse, vel extraxisse vaporem, qui condensatus, & per altum subductus, perfectam nobis sistebat Nubem, quæ Vento excepta, more Nubibus solito etiam per Aera ferebatur. Hoc spectaculo delectati iter nostrum tamdiu protraheremus, usque dum tres vel quatuor istiusmodi Nubes natas & elevatas contueremur.* Ego in *Speluga* tot, quot integrum postea cooperierunt *Montem*. *Mirati summam Creatoris sapientiam, qui & id, quod paulò ante nulli nobis esse usui videbatur, maximis rebus destinaverat, adeoque ex illo tempore dubitare cæpi num Nubes essent futurae, si istiusmodi Montes & petreæ non darentur.* Hypothesi hæc stante elucesceret permagna utilitas, imò necessitas, quam *Helvicæ Alpes* non nobis tantum *Accolis*, sed & vicinis aliis *Regionibus* præstant, dispensando, quas gignunt, *Nubes*, *Ventos*, *Aquas*.

*Rupicaprarum
impenetrabili-
tas.*

De *Rupicapris* retulit, quem obviam habuimus, *Venator*, quod ab *icta Sclopeti* sint immunes, sicubi comedant ex *Doronico-flore cœruleo*; *Homines ipsos hoc impenetrabilitatis jure gaudere, si*

quid

Tab. II.

Pl. 2.




Sumptibus D. Martini Lister, Medici Regij, Colb. Med. et Societ. Regal. Socij.



1841

Handwritten text, likely a title or description, written in a cursive script. The text is faint and difficult to read, but appears to be a single line of writing.

Tab. III.



Sumptibus Reverendi D. Arthuri Charlett, S.T.P. Collegij Universitatis Oxon. Magistri, &c.

1797
Ed. III

B

A



Completed by the artist, 1797

quid ante Solis ortum ex illis radicibus affumant. Surdis Fabula. Doronicum cœruleo flore Alpinum est non ens. Forte intelligit Asterem Alpinum cœruleo magno flore C. B. Impenetrabilitas, quam assignant Rupicapris Venatores, & prætendunt homines, hætenus nullam apud me invenit fidem.

Circa *Ægagropilas* interrogatus idem Venator respondit, pau- *Ægagropila*
cas admodum reperiri in Galandæ Montis Rupicapris, quod juga nimis sint horrida & sterilia. Dari *Ægagropilas* in uno magis Tractu, quam alio, imò in ejusdem Vallis uno latere magis, quam alio, asserunt unanimiter Alpicolæ. In Sylvæ Rhenanæ (*Rheinwald*) Montibus Septentrionalibus nullas ferunt Rupicapras pilas, in Meridionalibus é contrà nullæ fere sunt, á trimestribus usque ad adultas, quæ iis careant.

Ex Monte *Gunggels* descendimus per transitum admodum an- *La Foppa*
gustum, Montibus interjectum, *la Foppa*, *Foppa* dicitur, & in-*sura*.
tegro alicui Exercitui obstaculo esse potest invincibili, si modò centeni aliquot armati homines Clausuram hanc occupaverint prius, quam hostes accesserint; Clausuram dico, ita enim vocârunt Romani *Claustra* illa angusta, Regionum Alpinarum *Castella* fortissima, *Ἐισβολὰς* & *κλεισούρας* Græci. Ita enim *Suidas* ad vocem *κλεισούρας*: *ἔγω καλεῖται τὰ ὄχυράματα τῶν διαβάσεων τῆ Παλαιοῦ τῶν Ῥωμαίων φωνῆ*. Angusta Alpium, *τὰ ἐνὰ τῶν ἁλπεων* *Herodiani Hist. Lib. II. c. 11. Τόμπαις* Græcitatibus mediæ & infimæ Scriptores, adnotante *du Fresne in Glossar*. Talis Clausura præcellens est prope *Agaunum*, quæ aditum ad *Vallesiam* pandit, vel præcludit. De hac ita *Paradin. Chron. de Savoie. Liv. I. c. 16. Au dit lieu se viennent les Rochers des Alpes a clorre d'une part & d'autre, en mode d'une gorge, & embouchement, laissant une espace fort étroite pour le cours & alvée du Rhosne, duquel le Pont de Pierre avec une seule Arche embrasse les deux Rivages & bords, qui est l'entrée du Pays de Valois: Et en hyver ne peut personne avoir accès en cette vallée, sinon par le moyen de ce Pont du chasteau: Tellement, que quand le Capitaine a fermé le Pont, toute la Region des Valesiens est close.*

Hand longè á Pago *Taminio* (*Tamins*) reperias ad viam Saxa *Saxa Talcosa*
Talcosa candido nitore splendentia.

Reichenovia (*Reichenau*), ubi in unum alveum confluent Rhe- *Reichenovia*
nus anterior (*der Vordere Rhein*) & posterior (*der Hindere Rhein*) ascendit horâ Meridianâ *Mercurius* ad $7 \frac{1}{2}$ *Scrup.* indicio 1600. *ped.* quibus elevatior est planities *Gungelii* montosa Rheni alveo. Addo, ex præsuppositâ eadem *Tigurini* & *Rætici* Aeris dispositione non altiozem esse *Reichenoviam*. *Tiguro* 120. *ped.*
No.

Iter Alpinum Secundum.

Notanter præsuppono, quod scribo, nam supra jam unam & alteram difficultates circa bonitatem computi in medium produxi.

Die 19. Calend. Aug. horâ 6. matutinâ, erat rursus *Mercurii* altitudo $7\frac{1}{2}$ *Scr.*

Circa Meridiem discessimus *Richenoviâ*, ut iremus *Tusciam*.

Ad ripam *Rheni posterioris*, haud procul à *Balneo Rothen Brunn* sylvulæ formam præ se fert *Mespilus Apii folio sylvestris spinosa* sive *Oxyacantha* C. B. quæ hic in Arborem fere ad 10 pedes, & ultra, excrescit,

Mespilus Apii
folio arborescens.

Balneum ad
Fontem Rû-
brum.

Balneum zum Rothen Brunnen, h. e. ad *Rubrum Fontem* dictum, *Fons Sulphureus frigidus est, calefactus contra Cutis vitia, inter-*
nosque affectus frigidos usurpatur. Hæc *Wagner Helv. Cur. p.*
120. Nomen accepit ideò, quia *Saxa, Terram, & Ligna*, per
quæ defluit, ochraceo, vel rubro, colore inficit. Scaturit prope
domum, ad ipsam *Viam Regiam*, ubi *Saxo* quadrato clauditur.
Ponderis ejusdem est cum *Aquis Piperinis*, unde & in *Libra Me-*
dica continebit 51 *gran.* *Terræ Martialis* sive ochraceæ, sulphure
subtili imprægnatæ. Hanc quippe præcipuum *Balnei* esse ingre-
diens indicant, præter Colorem, Experimenta à nobis instituta.
Nam ex infusione *Ol. Tart. p. d.* illicò lactescit, ut & ex *Spir.*
Sal. Armoniac. Vinos. & Nitros. Ex pulvere *Gallarum* injecto
rubellum induit Colorem, eumque opacum, qui tandem nigrescit.
Syrupus Violar. colorem inducit viridem. E contra nullam inferunt
mutationem *Spiritus acidi*, uti nec *Tinct. Tornasol. Solut. Vitriol.*
& *Merc. sublimat.* Patet hinc, ad *Aquas Martiales & Acidula-*
rum Classem potius pertinere hoc *Balneum*, quam ad *Sulphureas,*
& usui interno ad referendas *Viscerum Obstructiones* magis forte
convenire, quam externo.

Fürstenovia:

Fürstenovia (Fürstenau) in *Fœdere Domus DEI Mercurii*
altitudo fuit sub vesperam 9 *Scr.* Erit adeo hic locus superior
Richenoviâ 120. *ped.* & *Tiguro* 240.

Telonii Pons.

Die 18. Calend. Aug. horâ 7. antemeridianâ fuit *Mercurii* al-
titudo in *Diversorio ad Telonij Pontem (bey der Zollbruck)*
quem non ita pridem *Rheni furor* vastavit, *Accolarum* diligen-
tia autem reparavit, 9 $\frac{1}{2}$ *Scr.* *Tusciam* 11 $\frac{1}{2}$. quæ adeo erit 160.
ped. elevatior *Fürstenoviâ*, & eodem die in *Altâ Rhætiâ* 17. quæ
proin altior erit *Tusciam* 440. *Fürstenoviâ* 600. & *Tiguro* (ubi con-
fedit *Merc.* ad 6 $\frac{1}{2}$ *Scr.*) 840.

Tusciam.

Tusciam, Tusana, Tosanna, Tusciana, Tuscorum vicus, Tuis
terminat *Vallem Thumeliascam, Domesticam, Tumleschg, Dom-*
leschg, quam hesternò die totam peragravimus, *Vicus est percele-*
bris,

Tab. 7.




Johann Baptist Schwaninger

Tab.V.

Pl. 2.




Sumptibus D. Johannis Danvers, Armigeri.



Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page, is visible at the bottom. The text is mirrored and difficult to decipher but appears to contain names and possibly a date or location.

Tab. IV.



Sumptibus Reverendi D. Joannis Hudson, S. T. P. Bibliothecæ Bodleianæ Oxon. Custodis, &c.

bris, & admodum frequentatus, propter continuum, qui hinc in Italiam, Germaniam & Helvetiam ducit, transitum, & nomen servat Veterum Incolarum, qui Nobiles Tusci fuere, Tarquinij Prisci, & Hannibalis Carthaginensium Ducis regnante Tyrannide, exules. Hinc loci omnia humanitatis, & benevolentiae signa nobis exhibuerunt Viri profapia, Virtutibus, & Doctrinâ inclyti D. Commissarius olim Clavennensis, Pater, & Vicarius nuper Vallis Tellinae, Filius, Nobiles *de Rosenroll*, Commissarius *Jecklinus*, & Rev. ac Pientissimus D. Loci Pastor, & Decanus *Otto Grassus*, quibus Ducibus & Comitibus conscendimus *Montem S. Johannis, S. Johannesberg*, cui nomini ansam dedit Sacellum Divo huic dicatum, nunc destructum. Antiquo autem & vero nomine vocatur *Rhætia alta, Realt, Hoben Realta*. *Ve-Rhætia alta* nimus huc, visuri Castrum hujus, quod Rhæti, Tuscorum quondam Ducis, & hodiernorum Rhætorum Patris, fuit primaria Sedes, antiqua Rudera, *Tab. IV. & V.* & Domesticae Vallis, quae foecundissima est, & jucundissimo loco sita, integrum, quâ latè patet, prospectum. Nam

Ex sinistro latere statim sese sistit *Clivum Heinsilianus, der Heintzenberg*, qui à Tuscio vico incipit, & ad bihorium usque se protendit versus Septentrionem, & vix alium totius Rhætiae patrem habet foecunditate & divitiis, quas Incolis sex Pagorum jucundo ordine, & parvâ ab invicem distantia in hoc Monte locatorum, offerunt Agri pingues, & viridantia Prata. Montem hunc summâ cum delectatione conspexit, quoties Tumeliacam Vallem pertransiit Generalis quondam Militiae Gallo-Rhæticae Dux Rothomagensis, toties etiam testatus, quod in vita sua nunquam viderit Montem cultiorem simul & amœniorem. In Clivo hoc conspicuae sunt Parochiae *Portheniensis, Flerdensis*, & aliae. Cœnobium Monialium *Cacias, Katz, Caz*, ad Radicem Montis praedicti à Victore Episcopo Curiensi A. 720. fundatum. A dextro latere in conspectum veniunt *Silium, Sils*, cum *Arcibus Baldensteiniana, & Campobelliana*; *Pons Telonij, die Zollbruck*; *Fürstenovia* pagus, qui olim Sedem praestitit Episcopo Curiensi; *Scharantium*; *Almenium*; *Communitas Orthensteiniana* cum Pagis *Baspels*; *Rodels*; *Tumils*. Praeterea visuntur plurimarum Arcium Romanarum rudera, potentiae Nobilium Tuscorum haud obscura indicia. Mediam *Tumeliacam Vallem*, ne quid ejus foecunditati, imò & prospectus elegantiae desit, perfluit *Rhenus posterior*, cui in ipsâ hac Valle Aquas suas miscet, prope *Fürstenoviam* quidem *Albula*, ex Monte ejusdem nominis oriunda; *Albula* infra Tusciam autem *Nolla Torrens*, qui ad altissimi Montis *Beie*

rin radices profluit, & olim ob parvitatem suam nihili reputabatur, utpote placidus, & angusto principio ortus, (hinc *Nolla* quasi *nulla*.) nunc autem magis magisque dominiuin suum delatat, tantæ rapiditatis, & rapacitatis, ut integra sæpe prædia, domos, stabula, devoret. Colore nigro facile in Rheno à Rheno distinguitur, ut Fluenti media pars nigricet, media albescat, utraque coloribus suis Insignia Fœderis Grisei Heraldicè repræsentet. Debetur discriminatio hæc non tantum utriusque Fluminis celeritati, sed & *Nolla* majori gravitati, quâ Rheni leviozem Aquam quasi præ se pellit, nec proin facillè ei se commiscet. Nigrum colorem *Nollæ* conciliat limus ater, cui insunt plurimi, iique perexigui *Pyrite Cubici*.

Pyrite Cubici.

Lacus qui Tempestates præfagit.

In Heinfiliano Monte, supra Flerdam Pagum, est *Lacus Pascholenfis*, *Pascholer See*, qui murmuribus suis, & rugitibus Tempestates præfagit. Talis quoque est *Lacus Calandari* dictus, de quo mira narrat Rev. D. *Oswaldus Molitor*, V. D. M. Anderanus in Valle Sexamniensi, in Literis ad me datis d. 3. April. 1700. Parvus est, inquit, ut Lapidis jactum nec longitudo superet, nec latitudo, sed profundissimus, Aquas influentes admitrens, sed non emittens. Admirandâ hac proprietate gaudet, ut quemadmodum Magnes Ferrum, ita hic Lacus Homines, qui forte ad ripas illius obdormiunt, attrahat, & absorbeat. Ante paucos annos accidit, ut septem Equi à petulantibus quatuor pueris coacti fuerint proflire in ipsum hunc Lacum; hi Aquis submersi disparuere per trihorium, & à suis custodibus fuerunt habiti pro derelictis, tandem tamen unus alteri adnexus redierunt semianimes, & soleis ferreis, quibus ante ingressum fuere armati, nunc exuti. Magis tamen ad rem præsentem spectat, quod hîc idem Lacus ante subsecuturam Tempestatem solet in gyros agi, ac intumescere, sed simul boatus edere adeo horrendè murmurantes, qui in oppositis etiam Montibus, & interjectis Vallibus, ad sex horarum distantiam auditu percipiuntur. Talis quoque Lacus est in *Valle di Savogno*, testibus Literis Cl. D. *Picenini* d. 18. Aug. 1700. Simile quodammodo narrat *Cardanus de Rer. Variet. Lib. 15. c. 85. Referebat*, inquit ille, *M. Antonius Majoragi*, *Aprili Mense audiri in Eupilo Lacu sonum seu vocem ejusmodi, Oh, ôh, ôh, ôh, ôh, sed longiusculam, ita ut extrema vox concisa esset, & his annis, neque enim singulis annis auditur, proventum uberiozem omnium sequi, Vini, Tritici, ac ceterorum.* De hac re ita differit *Cardanus. Haud dubium esse debet, percussa vel sub Aqua, vel in imo & fundo sonare, sed obtuso sono, quod experti sumus: Adeo ut concusso sub aqua corpore, aer, qui ibi est,*

est, sonet, transeatque sonus in Aquam, & rursus in Aerem. Itaque concalesceto, accedente vere, limo, & in Aerem converso fit sonus: Nec necesse est semper Aquam fervere ubi id, nam frigore Aqua dissipatur, aut extinguitur vapor. Quid si dissipatur, motum in Aqua concitat, sed non uno loco, verum per magnum spatium, ut deprehendi nequeat: Calor vero ille fertilitatis plerumque signum, quod omne solum Aquis abundans, ubi incaluerit, fertile sit. Huic rei vix fidem habet Morhof. Hyaloclast. p. 183. Si tamen, inquit, vera sunt, quae ille (Cardanus) narrat, forte sonus est à partibus nitro-sulphureis, per fermentationem validam in explosionem aliquam agitatis, ut spiritus interdum aliquos videmus mutuo affricu in calorem & sonum levi aliquo motu incitatos. Et paulò post. Sunt quoque fortassis in locis subterraneis, in quibus nonnunquam cavitates, aere variis particulis impregnato, repletae, non insolita tales ex attritu earum explosiones, quae, si majores & vehementiores sunt, Terrae motum producere possunt, cujus quasi rudimenta & praeludia, ob materiae tumultuantis non adeo magnam copiam Lacus ille dedit, fertilitatis tamen illa dant indicium, & fundum vaporibus nitrosis vel sulphureis turgidum ostendunt. Non malè meo iudicio philosophatur uterque, licet neuter hoc in passu mihi satisfaciatur. Collatio hujus nostri Phænomeni cum fragoribus illis & boatu, qui comitatur aliquando Terræ concussiones, testibus Plinio Lib. II. c. 80. Aristot. Lib. II. Meteor. t. 46. Varen. Geograph. Lib. I. c. 10. Prop. 5. Kirch. Mund. Subterr. Præf. & nobis placeret, si hîc locum haberet fermentativa accensorum halituum nitro-sulphureorum explosio. Putaverim ego Ventorum subterraneorum motus, Aeris interni & externi, seu Atmosphærici, variantes ad invicem habitudines, junctas peculiari Aquæ & Aeris ductuum structuræ sufficere illustrationi hujus Phænomeni. Rem ita concipio. Imminente Tempestate rarefit valde Aer supraterraneus, imò & amittit haud parùm de sua elasticitate, quod testatum faciunt Experimenta Barometrica, Thermometrica, & Æoliarum Cryprarum Observationes plenius alibi enucleandæ. Interim temporis alia peragitur Scena in Cavernis Montium subterraneis;

Æolus hîc clauso Ventorum Carcere regnat.

Hîc vasto Rex Æolus antro

Luctantes ventos, tempestatésque sonoras

Imperio premit, ac vinculis & carcere frenat:

Illi indignantes magno cum murmure Montis

Circum claustra fremunt.

Virg.

E

Ins

Internus hic Aer, debilitatâ externi compressione (cujus vi ille intra sua claustra detinetur) elasticitatem, quam hæcenus servavit, in externum exercet, é latebris suis quâ datâ portâ erumpit, per Æoliarum Cryptarum spiracula fortius expirat, usque dum redierit uterque ad pristinum Æquilibrium. Dum ita Æolus é cavernis suis prorumpit, & Canales vorticosos seu spirales *lit. a. a. a. a.* Tab. VI. forte pertransit, non potest non vario suo ad parietes allapsu, & inde facta reflectione sonus excitari admodum vehemens, qui nullam videtur invenire evadendi viam nisi per ipsum Lacum A. quem proin in gyros commovet, imò & in tumorem attollit, atque perumpendo Aquas crassorum boatuum formam assumit. Mentem meam, & Lacus ipsius in Hydrophylacium subterraneum exonerationem, clarius explicat citata jam Tab. VI.

Tab. VI.

Roncagliae altitudo.

Die 17. Cal. Aug. fuit *Mercurij* altitudo eadem cum hesternâ, scil. $11 \frac{1}{2}$ *Scrup.*

Via mala.

Runkalia autem (*Roncaglia* Pagus est in summo Monte, ad *Via mala* initium) 19. *Scrup.* ut hic locus elevatior sit *Tusciâ* 600. *Altâ Rhatiâ* 160. *Fürstenoviâ* 760. *Tiguro* 1000. *ped.*

Hinc pertransivimus, *Ὀδὸς γ' ὅ* Clar. D. *Andreas* Hallensi, probatæ Sinceritatis & solidæ Eruditionis Viro, qui *Sessaminæ Vallis* Fodinis Metallicis Præfectus est, *Viam malam* (*La via mala,*) cui nomen dederunt angustæ nonnullæ fatis horridæ, petris vivis passim incisæ, & ponticulis pensilibus fere ab uno faxo ad alterum protensis junctæ, iis cumprimis, qui *Equis* vehuntur, periculosæ, junctæ difficultatibus, quæ primis viæ hujus elaboratoribus venere obviam. Olim quippe non erat sic, non huc transibant *Viæ ex Tumeliaca Valle in Sessaminam*, sed per altissimos, *Viæ Malæ* occiduos, Montes. In media fere via conspicua sunt vetusta Sacelli rudera, quæ constituunt limitaneum Lapidem, ut quæ portio ab hinc *Tusciam* tendit, reparari debeat à *Tusciâ*, quæ verò ultra à *Sexamniensibus*. Notanda hinc ἐν Περσίδω, imò laudanda *Rhætorum* diligentia, quâ vias montosas, difficillimas licet & periculorum plenas, hyeme non minus, quàm æstate, apertas servant, magno sumtuum & Laborum impendio, & quod deficit, restaurant, quod obstruxit, tollunt, quod fractum, refarciunt, lapsum relevant, nivem conculcant, glaciem frangunt. Ut aliquis transitus pateat, verba sunt *Simleri Comm. de Alpib. p. 112.* quæ propriis insuper observationibus interpolabo, *proximi Montium accolæ Magistratum edicto viam per Montes munire coguntur, magno labore, nec absque periculo.* Hinc etiam Mercatoribus & aliis Itinerantibus certum Vectigalis genus, quod *Weggelt*, &

Rhætorum diligentia in reparandis viis.

Rut.

Tab. VI.



Sumptibus D. Edmundi Halley, Geometriae Professoris Saviliani Oxon. et S. R. S.

Tab. VII

1771



Geometrische Tafel des Herrn v. Edm. v. ...

Rutten vocant, imponunt, imò, sicubi ex neglecta Viarum præparatione & reparatione damnum oritur, id resarcire ex proprio obligantur. Igitur *singulis fere diebus ex proximis vicis utrinque ad Montem aliqui vias explorant, & si quid periculosum deprehenderit, iter facientes monent, viasque muniunt.* Distinguendi sunt *Fuhrleiter*, quibus officium viarum purgatorium & conservatorium pro certâ summâ elocatur, ab iis, qui manus ipsas operi admovent, & *Weger* vocantur, quòd vias parent. *Ac multis in locis cum primum novæ Nives aliquæ ceciderint, Boves aliquot, quâ iter erat, per novas Nives agunt, hi non tantum pedibus, sed cruribus, & toto pectore, Nives frangunt (vocantur hinc, ab ipsâ hac Nivis fractione & ruptione, Rutter) deinde etiam trabem aliquam ad complanandam viam trahunt, & creduntur vias melius nôsse, & his complanandis, atque parandis longè aptiores esse Equis.* Quòd si hac ratione via non bene patefacta fuerit, plures ad hoc opus conducti palis & batillis, aliisque Instrumentis Nives amovere, & viam aperire solent. Atque Mercatores, cum incommode tempestates inciderint, sepe magno pretio pluribus Operis (forte Operariis) conductis vias purgant, quò Merces suas transmittere possint.

De Valle, per quam *Via Mala* ducit, conjectare licet, fuisse si non olim inapertam, sensim tamen & sensim á Rheni posterioris impetuoso cursu profundius perforatam. Certum hoc est, & ex ipsis fluentis Aquæ Vestigiis in lavigatis inde Saxis adhuc conspicuis, veluti totidem indiciis, demonstrandum, quòd defluerit olim, (primis fortè á Diluvio seculis) *Rhenus* per ipsam *Viam Malam*, qui nunc perfluit profundos hiatus, & Saxorum præruptas angustias, quæ 50, 100, 200, & pluribus fortè pedibus sunt Viâ prædictâ depressiores. Quod nos heic de Rheni fluente afferimus, hoc idem de *Taminnâ* Torrente, qui *Piperinas Thermas* præterfluit, curiosè observavit suprâ jam citatus *Joh. Kolweck. Tract. de Therm. Piper.* illum inde á condito Mundo (fortè melius dixisset, á Diluvio) ad Annum *xesozoyias* 1631. depressiorem factum fuisse 34. *orgyis*, sive 259. *pedibus*, quibus postea dividens Annos 5592. pro Annis Antediluvianis 1656. infert decrementum 72. *ped. 7. dig.* pro Annis Postdiluvianis ad Salvatoris Nativitatem 2306. *pedes 95.* pro Annis reliquis ad *Kolweckij* tempora residuum quoque pedum & digitorum; tandèmq; concludit, quotannis *Taminnam* profundiolem fieri *dimidio digito duodecimali.* Vid. *pag. 48. 69. 71. 72.* Quæ autem *pag. 24.* generalia habet, huc afferre non detractabo. *Der Bach Taminna ist vorzeiten weit empar, und über gemeine Meinung weit höher gerunnen,*

Vallium Alpinarum incrementum semper Profunditas inquiritur.

nen, wie Solches nicht allein gemeine sag, sonder auch die winterlassenen augenscheinlichen zeichen an beiderseits wänder und felsen des Gebirgs durch und durch aufweisen, welcher Bach aus seiner runst gewichen, und fürterhin durch alle abgeloffene Zeiten tieffer und niderer in den felsen gefressen, und der tieffe nach allezeit abwertz gesunken. Et pag. 69. Diser Bach Taminna vertieffet sich ie länger und mehr, durchfrisst und zertheilt das harte Gebirg entzwey — Welches gleichfals an vilen Bächen des Hohen Gebirgs in Tyrol, und anderstwo, augenschienlich, an den in hohen Felsen hinterlassnen zeichen der vor zeiten durchgeronnenen bächen, so die Berg und Felsen beederseits ausgehölet, und noch heütigs tags ie mehr und tieffer abwertz fressen, welche sonst ungläubige Wasserstärke in dem edlen Saltzgebirge bey Hall im Innthal nicht weniger zusehen, daselbstien das in die tieffe des Gebirgs nur Kleinen theil eingelassen Wasser inner eines halben Jahrs ein solche hohle umb sich ausfrisst, das man zu (von) einer wand zu der ander mit einer Mitterbüchsen zu schieffen hat. Curiosum erit, hinc ibi, & ubi vis locorum, ubi ejusmodi Torrentes & Flumina angustias Montium perfluunt, observare summas, quas eroderunt spumantes Aquæ, profunditates, computum autem annum inire, & in futurum prædicere, quorsum perventura res sit intra tot vel tot subsequencia Lustra, vel Secula, difficile, si non impossibile, quandoquidem variant in Dies & Annos Aquæ copia & impetus, Terrarum, Saxorum, Arborum resistantia, densior, vel rarior conditio, nivis liquefactæ, & pluvix delapsæ quantitas, &c.

Viam Malam emergentibus transeundus est *Saxeus Pons*, cujus Jugum medium medio Saxo incumbit, Tab. VII. & ingredienda *Vallis Sessamina*, *Sexamniensis*, (die Landschaft Schams) ubi sunt *Patochiæ Ciranensis, Anderiana*, cum *Filiâ Ferrara*, (quæ à copiosis *Ferri Venis*, adhuc ditissimis, sed incultis, nomen obtinuit) *Danetensis, Mathonensis, Lohnensis*. *Non Ferri* duntaxat, sed & aliis *Venis Metallicis* ditissima est hæc Regio. *Supra Zillis im Bärenwald* est *Vena Plumbi*; in *Fodina S. Annaberg* *Vena Plumbi & Cupri*; in *S. Johannberg* *Vena Argenti*; in *Fianel* *Vena Ferri*: Alibi etiam *Æs & Aurum*. *Venas Ferri* exercuerunt *Curienses* quidam usque ad Annum 1696. quo propter ingruentem annonæ caritatem ab opere cessarunt. *Venæ Saturni, Veneris & Lunæ* viguerunt ante *Seculum*, & quod excurrit, ad Annum usque 1620. postmodum autem magis magisque negligebantur: Ab his illisve, *Tigurinis, & Exteris*, coli denuò cœperunt diversis temporibus, sed irritò semper successu, ut tandem coacti fuerint desistere.

Tab. VII.

Pl. 2.



— Sumptibus D. Humfredi Wanley, Societatis Regalis Socij. —

Ante paucos Annos cœperunt rursus Fodinas aperire præsentibus earum Possessores, quibus sælicia fata apprecor, & stylo Metallii fusorio ꝑa *Glück auf* acclamo.

De his Sexamniensibus, & Rhæticis aliis *Metallis* adnotari Venarum Metallicarum in Helvetia & aliis Regionibus diversitas. porro meretur, Venas rarò continuato per rectas lineas ductu sese protendere intra Montium Strata, sed frustulatum quasi reperiri dispersas, Martialibus exceptis, nec, quod in Hungaria, Saxonia, & Metalliferis Regionibus locum habet, in profundis Montium visceribus, sed in superficialibus crustis locatas, id quod Fosfores vocant *Zu tag aufgeben*. Ita ex. gr. in Fodinis illis, quæ sesquihorâ à Pago *Ander* distant, sunt Metalla eò ditiora, quò superiora; quæ supremum occupant locum, septem continent Marcas in Centenario, quæ imum, & vix ultra 13. orgyas sunt depressa, vix sex uncias. Insuper animadverti debet, pasqua metalliferis Montibus superjecta esse fertilia admodum, & herbarum proventu ditissima, quæ in Saxonia & Hungaria sæpe numero sterilia sunt & torrida, torrefacta scilicet ab exhalationibus Metallicis, ex imis visceribus in maxima copia ad supremam Terræ crustam evehitis. Apud nos autem non ita videntur abundare Metalla in imis visceribus Montium, & qui sursum vehuntur halitus ob interjecta crassissimorum Saxorum Strata retineri, ne incremento Vegetabilium obsint.

In Pago *Andera* exceperunt nos amicè & benignè Rev. D. *Os- waldus Molitor*, Loci Pastor, Spectatiss. D. *Rainöl*, Stuttgardiensis, Exc. *Solomonis Reifeli*, Archiatri Ducalis non ita pridem defuncti, privignus, cum prælaudato D. *Andrea*, qui Officinam novam fusoriam extruunt.

Prope *Anderam* in planitie est *Aqua insipida Martialis*, das Aqua Martialis. *Bad* dicta, similis ferè *Balneo rubro*, quod in *Domestica Valle* supra examinavimus. Ponderat quippe, ut hoc, ꝑii. ꝑvi. gr. xxx. ut *Libra Medica* contineat 51. gran. partium heterogenearum, A *Spir. Sal. Armoniac.* Nitros. nonnihil lactescit, à *Vinoso* etiam aliquantum turbatur. Ab affuso *Ol. Tart. p. d.* subito colorem lacteum induit, præcipitato ad fundum sedimento itidem lacteo. Ab *Infuso Gall.* rubescit.

Haud longè ab eodem Pago est *Aqua limpidissima*, quæ largiter Aqua appetitum excitans. pota appetitum causari dicitur: Ponderis est ejusdem cum *Martiali* modò memoratâ; & vires suas debet forte particulis ipsis *Martialibus*, per illius poros dispersis.

In eodem Parochiæ *Anderanæ* districtu est *Fontana nera*, *Fons* *Fontana nera*, *niger*, *Aqua* mediâ *Æstate* præ aliis frigidissima.

Andera

Andera Alti-
tudo.

Andera fuit altitudo *Mercurij* 18. *Scrup.* ut inferior sit hoc *Pago Roncaglia* 80. *ped.* *Tuscia* 680. *Fürstenovia* 850. *Tigurum* 1080.

Sylva Rhenana.

Die 16. *Calend. Aug.* *Anderam* reliquimus, & cum ea *Vallem Sessaminam*, ingressuri *Sylvam Rhenanam*, die *Landschaft Rheinwald*, in qua vidimus *Suferium*, *Suffers*, & *Spelucam*, *Splügen*. Hæc fuit altitudo *Mercurij* 30 $\frac{1}{2}$. *Scrup.* ut *Pagus* hic altior sit *Andera* 1100. & *Tiguro* 2180. *ped.*

Speluce alti-
tudo.

Catarrhæ
Rheni.

Anderam inter & *Spelucam* conspiciuntur passim *Catarrhæ Rheni*, quibus dejicitur spumans hujus *Fluminis* *Aqua* per præcipientes *Scopulos*, ut multâ fudent aspergine cautes & transeuntes homines. Ex his unam, quæ mihi videbatur curiosissima, repræsentare volui in *Tab. VIII.*

Tab. VIII.

Speluga Mons,


Prandio finito conscendimus, *Ventis* expositi *pluviosis* *Septentrionalibus*, celebrem *Spelugam* *Montem*, qui toto Anno est pervius, & aliis nominibus audit *Spluga*, *Splügen*, *Splügner*, *Ursalus*, *Ursus*, *Culmen Ursi Montis*, *Colmen del Orso*, *Ueschler*, *Urseler*, *Vigenereo S. Bernhardini Mons*, quibusdam etiam *Aviculæ*, *Aviculæ* vicinus. *Sylvam Rhenanam* distinguit à *Campo Altino*, *Gambolschin*: *Origines* dat *Torrenti*, qui ex *Septentrionali* *Montis* parte defluit, & *Rheno posteriori* *Aquas* suas miscet; sed & *Lira* *fluviolo*, qui ab altero latere *Campum Altinum* & *Comitatum Clavennensem* perfluens in *Mairam* sese effundit. Pro *Adula* parte *Spelugam* habet *Guler. Rat. p. 192. b.* & cum eo *Scriptores* alii. Ad viam in ascensu passim erectos videas prælongos stipites, memoratos quoq; *Simlero de Alp. p. 112.* quos *stylos ligneos* vocat *Marcellinus*, *Stazas Rhati*, *Stangen Germani*, ut qui *Hyeme* *Iter* faciunt, horum ductu viam inveniant, expecturi aliâs illud *Claudiani*

Continuo per-
vius.


*Multos hausere profunda
Vastâ mole Nives, cùmque ipsis sæpe Juvenis
Naufraga candenti merguntur plaustra barathro.*

In hunc eundem finem, & peregrinantium commodum collocant in ejusdem *Spelugæ Montis* planitie summâ *Lapidum cumulos*, quos conferas cum *Statuis viarum* *lapideis*, per cacumina *Montium Deffrinorum Sueciam* à *Norwegia* dividendum providâ *Regum* *munificentia* erectis, de quibus *Ol. Magnus Histor. Gent. Septentrion. Lib. II. c. 15.* Quibus nivofus *Boreas* visus aciem, atque adeo *Stipitum* & *acervorum Lapideorum* usum adimit, his, si *Montis cacumen* jam conscenderint, solatio est *Campana* in *Diversorio*

Tab. VIII.



Sumptibus D. Thomæ Bromfield, A. M. e' Coll. Univ. Oxon.



Geograph. D. Thomas Brunsfeldt, M. & Coll. von Gera.

torio suspensa, & in hunc finem aliquoties de die pulsari solita, ut moneantur Itinerantes de Hospitij situ.

Ad ipsum hoc Diverforium antequam devenimus, in supremo, *Ejus altitudo* quod transcendendi solet (nondum autem est summum totius *Spelugæ* cacumen) Jugo, altitudinem *Mercurii* habuimus 44. *Scrup.* & exinde judicavimus 1080. *ped.* altiores nos esse *Spelucà* Pago, & *Tiguro* 3260. quam altitudinem æquarent 16. circiter Turres *Carolinae*.

Crastino die, qui fuit 15. *Calend. Aug.* *Mercurium* ascendisse comperimus ad 46 $\frac{1}{2}$. *Scrup.*

Euntibus versus Meridiem nobis accurrit Ventus Meridionalis calidus, *Plagæ* *Italicæ*, unde spirat, gratus index, qui omne frigoris incommodum, editioribus id genus locis proprium, dispellit. Per planitiem hanc montosam, *Sylvis* & *Arboribus* ob perenne frigus nudam, (est hoc *Phænomenon* omnibus *Helvetiæ* *Montibus* commune, ut ad certam duntaxat altitudinem crescant *Arbores*, quod in altissimo *Germaniæ* *Monte* *Brudero* observavit quoq; *Georg. Henning* *Bebrens* *Hercyn. Curios.* nuperrimè edita p. 140.) si progrediaris horæ circiter spatio, offendes opertam domum muris circumdatam, & tecto munitam, in quam divertere possunt *Jumenta* *Sarcinaria*, *die* *Saumrosse*, & eorum ductores, & *Tempestatibus* *nivosis* *frigidis* sese subducant. Locus hic vocatur *Zum Hause*. Ubi summa planities declivis fieri incipit, est *Turris* seu *Specula*, crassis & fortibus *Muris* instructa. Hinc descenditur ad *Pagum* *Madesen*, quem pro *Tarvesedo* *Romanorum* habet *Gul. Ræt. p. 194. b.* cujus meminit *Antoninus* in *Itinerar.* (*Aliis* pro *Tarvesedo* agnoscentibus *Spelucam* *Pagum*, ut *Tschud. Helv. Antiq. MSC. Plantin. Helv. 347. Simler de Alp. p. 104. b.*) Hinc porro per pascua primum jucunda, mox autem per viam salebrosam valde, & labyrinthicis ductibus nunc è vivis petris excisam, nunc *Lapidibus* stratam, *il Censo* dictam, quæ multum negotii facessit *Itinerantibus*, nec absque ingentibus sumptibus conservatur à vicinis. Præcipitant se hic illic ingenti murmure spumantes *Catarrhæ*, quæ *Viatorum* *oculos* *animosque* non parum delectant.

Alpium summities Arboribus sunt nude.

Tarvesedum.

Ad *Montis* *pedes* est *Insula* *Pagus*, ad *Liræ* *dextram*.

Insula.

Sequitur *Campus* *Altinus*, *Campdolcin*, *Gampolschin*, *Pagus*, qui toti *Valli* nomen impertit.

Campus Altinus.

Hic ascendit *Mercurius* tempestate serena, horâ 2. pomerid. ad 23. *Scrup.* unde judicavimus, inferiores nos esse *Spelucano* *Diverforio*, in summa *Montis* *planitie* sito, 1880 *ped.* altiores autem *Tiguro* 2360.

Eodem

Clavenna.

Eodem adhuc die progressi, juxta *Liræ* ductam, *S. Wilhelmi Templum*, per *S. Jacobi Pagum* devenimus *Clavennam*; mirati jucundam prædiorum & Agrorum, qui passim Saxis insternuntur, vix quatuor pedes longi latique, parvitatem, delectati etiam perenni frondivagarum Castanearum, quæ copiosissimè hîc crescunt, umbrâ.

In Diverforio *Clavennensi* invenimus *Mercurii* altitudinem, tempore fereno, horâ 7. Vespertinâ. $2 \frac{1}{2}$ *Scrup.* & inde intulimus, nos esse inferiores *Figuro 280.* *Campo Dulcino 1600.* *Spelucano Diverforio 3480. ped.*

Clavenna, Cleven, Cläfen, Cleffen, Chiavenna, Oppidum Comitatus totius primarium, Reip. Triscederalis Rheticæ Dominium agnoscit, postquam varia subiit sub Comitibus variis, & Ducibus Mediolanensibus fata, quorum recensioem Historicis relinquo.

*Cryptæ Æoliæ
Clavennensis.*

Hic omnino merentur conspici celeberrimæ, & numerosissimæ *Cryptæ Æoliæ*, de quibus ita *Wagner. Helv. Cur. p. 40.* *Prope Clavennam, Oppidum celebre sub Rhetorum dominio, ad proximum Montem hinc inde tales Cryptæ ventosæ dantur; ex quibus Æolus nunquam non flare, ac spirare cessat: Prope hæc spiracula Clavennates eodem modo magnificas suas cellas vinarias, quas Grotte appellant, suo magno extruunt commodo. Ob continuum autem Aeris motum tempore æstivo vinam adeo in iis frigescit, ut id illic sine sanitatis dispendio vix haurire, neque ibi diu commorari liceat hominibus. Et Rev. D. Jacobus Piceninus, Minister V. D. apud Soglienses in Literis ad me exaratis d. 18. Aug. 1700. Ex. Cryptis & Hiatis Montium ubiq; expirant Venti. Id experimur in Cellis vinariis frigidioribus, (Italice Grotti) in quibus si appendatur charta vel folium, mirum in modum ab expirante Vento agitantur. Celle istæ tempore brumali sunt calidæ, æst fervente cum primis Sirio usque adeo frigide, ut in quibusdam præ frigore ad sesquiboræ spatium vix desiderare liceat. Sunt hæc durante æstu Clavennensium diverticula. Quibus sequentia addit Cl. D. Antonius Piceninus, Filius. In extruendis Cellis hisce vinariis magna requiritur Domini, vel Architecti Industria, ad inveniendâ non ubivis obvia Spiracula, quorum in una Cella unum, duo, tria, rarius plura reperiuntur. Hæc Celle fere omnes scopulis, rupibus, saxisque majoribus, ubi spiracula inveniuntur facilius, imponuntur, adjacent, vel subjacent, ita ut prædicta Saxa habeant pro tecto, cujusmodi Celle sunt omnium frigidissimæ. Circa hæc observatur, quod qui ubertim sudante corpore ingrediuntur, ob pororum subitanæ constipationem Febri aliquâ, plerumque Ter-*

Tertianâ, corripiantur. Conferantur quoq; quæ habet *Guler. Rat. p. 193. b.* De Cryptis his memorandum in super venit, quod feræ, & alia ferramenta, ingressum per Portas obsignantia maderant, quoties tempus ex sereno mutatur in pluviosum, ob vapores scil. in guttulas converfos. Observavimus nos, expirantem Aerem insignes exerere vires non in Thermometrum duntaxat, cui inclusus liquor notabiliter descendit, sed & in Barometrum, quatenus *Mercurius* Scrupulum unum cum dimidio altius ascendit in cella ipsa quam foris.

Die 14. Cal. Aug. horâ 5. antemeridianâ ascendit tempestate serenâ *Mercurius* $\frac{1}{2}$. *Scrup.* supra primum, quo eodem die, & Aeris eadem conditione Tiguri confedit ad 2. fere *Scrup.* ut rursus abfuerit $2\frac{1}{2}$. prope *Scrup.* ut supra.

Mox é Diversorio discessimus, Duce Spectatissimo D. *Paravicino de Paravicinis*, visuri primum *Fodinas*, ubi excavatur, & *Officinas*, ubi tornatur *Ollaris Lapis*, cujus Historiam commodè huic loco infero.


Ollaris, item *Lebetum Lapis* à *Joh. Augustino Pantheo Chymista* *Lebetum Lapis.* (cui & *Petra Columbina* dicebatur, *Gesnero* teste *de Figur. Lapid. p. 111. b.*) vocatur, quod ex eo tornari soleant *Ollæ*, *Lebetes*, aliâque Vasa, usui culinario dicata, sed & alia, ut *graphiaria*, *Patinæ*, *Scyphi*, &c. *Comensis Lapis Scaliger. Exercit. ad Cardan. 128. §. 2.* nec non *Plinio Hist. Natur. L. XXXVII. c. 22.* cujus verba hæc sunt: *In Siphno Lapis est, qui cavatur, tornaturque in vasa coquendis cibis utilia, vel ad esculentorum usus, quod in Comensi Italia Lapide viridi accidere scimus. Sed in Siphnio singulare, quod excalsactus oleo nigrescit, durefcitque, naturâ mollissimus.* *Plinii* igitur ætate jam cognitus fuit hic *Lapis* noster, *Comensis* forte dictus, non quod in Italia circa *Comum* excavetur, ut voluit *Agricola Lib. VII. de Nat. Fossil.* sed quod *Clavennâ Comum* fuerint Vasa ex illo fabricata primum, dehinc autem veluti ex celebri Emporio in alias Italiae Regiones deducta. Cum *Siphnio* Lapide in *Siphno* Archipelagi Insula, olim Auro, Argentoque diviti contulit *Plinius*, quod is pariter ac *Comensis* potuerit torno tractari. Possumus & nos comparare utrumque cum *Alabastro*, & *Zeblicio Marmore*, quod vulgò *Serpentinum*, seu *Ophitem*, *Serpentinstein* nuncupant, & in omnis generis vasa adtornant. *Laveggi*, *Lavezzi*, *Lawezzi*, *Lavezen* vocantur non tantum *Lebetes*, aliâq; Vasa, efformari ex Lapide solita, sed & ipsi Lapidés unde tornantur, *Lavezzi*, *Pietre di Lavezzi*. Derivat autem hoc Nomen, quantum equidem conjecto, originem suam ab ipso Latinorum vocabulo *Lebes*, *Lebetis*, *Lebete*, *Lebetes*, cujus primum e mutatum fuit in a, & b in u, corruptione facili. Co-

lore sunt *Subvirides & pulli*; plerumque autem *grisei*, seu *cinerei*, molliores, quando effodiuntur, duriores, si diu fuerint Aeri expositi, id quod omnibus aliis Saxis est commune. Effodiuntur autem ex *Fodinis*, quemadmodum alia Venæ Metallicæ, Auri, Argenti, & alia. *Fodinas* ipsas *Trone* vocant, Lapides autem *Suris*, vel *Dorso*, imponunt, & *γροναστῆς*, vel manibus pedibusq; reptantes, summo labore in dias Luminis auras protrahunt. Effossa magna fatis frustra in formam prope teretem Instrumentis ferreis caduntur, eo fere modo, quo Tornatores Ligna adaptant, sed curatori, quò tornari postmodum citius & facilius possint. Formato sic Lapide in Figuram teretem, supernè planam, internè convexam, *Tab. IX. Fig. 1. Lit. A.* applicatur inferior, seu convexa pars *b.* calefacta prius ad focum, bacillo ligneo *c.* pice futuriâ pari er ad ignem liquefactâ illito, quæ ad eò firmiter lignum conglutinat saxo, utat valde ponderoso, ut non tantum abiq; delapsus periculo circumagi possit, sed & postea vix divelli. Qui rationem cohesionis hujus scire desiderat, eum ablego ad Experimentistas modernos, qui ex comparatione cohesionis Marmorum politorum mox cuivis satisfaciunt. Agglutinato hoc modo, & Machinæ tornatoriæ applicato Saxo (uti integra *Fig. 1.* commonstrat,) & Aquâ in Rotam Molendinariæ similem derivata, accingit se Operarius in *B.* locandus labori; assumit Instrumenta ferrea *Fig. 2.* acuta, primùm rectiora *A.* dehinc gradatim magis magisque incurvata *B. C. D.* quò profundius tornando Saxum excavavit. Sic ab ora extrema *d.* incipiunt, & maximam prius Ollam excavant, mox proximè minorem aliam, donec deventum fuerit ad intimam omnium, & minimam. Processum hunc graphicè fatis descripsit *Scalig. l. c. Ex eo (Comensi Lapide) Lebetes efficiunt tantâ tenuitate, ut pene ductiles videantur*; (certè tam tenues, ut cultri crassitiem vix superent.) *Excisum Lapidem Lebetis extrinsecus adornant formâ. Excavant deinde tantâ dexteritate, ut interior massa tota eximatur integra. Tum ex eâ tertia. Ab illâ quarta. Ac deinceps alia: quoad exeat pusillarum capacitas Ollarum. Itaq; in Mercatibus plures alios alios insertos, perinde atq; si una esset moles, admirere. Exquisita quoq; ac subtili arte fundos ex aliis lapideis orbibus are assuant, atq; agglutinant. Æneisque circulis adversus offensiones, atq; dissolutiones, aut ferreis, muniunt.* Conf. *Fig.* apud *Gesner. l. c.* quæ *Scaligeri* mentem fatis superq; exprimit; & *Gu. Rat. p. 196.* qui de *Plurien*sibus testatur, eos quotannis plures quàm 60000. Coronatos aureos fuisse ex commercio hoc Lapidum Ollarium lucratos. *Fig. 3.* exhibet Instrumentum recurvum ferreum, aciei latiuscula, quâ extantias ultimas Ollæ jam tornatæ, sed ab ambiente aliâ avullæ, rescindunt,

Tab. IX.


Tab. IX.

Pl. 2.



Sumptibus Reverendi D. Johannis Harris S.T.D. Societatis Regalis Lond. Socij.

Tab. IX.



Erfinder des Apparats, Johann Heinrich von Müllers, 1770. Invention.

dunt, & sic in unum fundum levigant. Fig. 4. autem sistit nativis coloribus Ollam talem, quales communiter fabricari, circulis ferreis muniti, sic preparatae autem vendi, aliorum mitti, & usibus culinariis impendi solent. Ita nobis quoque Clavennae & Plurii contigit, quod *Francisco Nigro in Descript. Rhet.* cujus hi sunt Versiculi.

*Conspexi miram tornarier arte
Hic Lapidem, fierique cavos, atque inde parari
Vasa ministeriis, humanisque usibus apta,
Praesertim Cibis accommoda rite coquendis.*

Ex haecenus allegatis Authoribus sua hauserunt, qui consuli possint, *Wagner. Helv. Cur. p. 316. Majol. Hier. Canicular. Part. I. Coll. 8. Lombard. in Transpadan. Lombard. p. 700. de Laet de Gemm. & Lapid. p. 126. Hieron. Zanch. Oper. Theolog. Tom. III. c. 6. p. 397.*

Loca Lapidis hujus Tornatilis haecenus quidem cognita sunt sequentia.

Uscionum ad oppidum *Clavennam*, cujus Incolae ferè omnes hac Lapidum Ollarium mercaturam vivunt. *Gul. Ret. 193. b.*

Haud longè *Plurio* in locis *Dasile* & *Carotto* montosis. *Wagner. Helv. Cur. p. 317. Gul. Ret. 196. Gesn. l. c.*

In Valle *Mallenga*, *Malenco*, *Malenckertbal*, quae pars est *Valis Tellinae*. *Gul. Ret. 181. b. Wagn. l. c.*

Ad radices auriferi montis, *des Goldbergs*, supra *Thermas Masfineses* in Valle *Tellinae*. *Gul. Ret. 188. b.*

In Valle *Verzasca Locarnensis Praefecturae*, quae xii. Pagorum *Helvetiae* dominio paret, reperiri ejusmodi Ollares Lapidem, & inde parari Ollas non ita pridem inaudivi.

Officinis Lapidariis relictis contulimus nos in Palatium Nobilium *D. Wertematorum*, qui *Franci* cognominantur, & ex Vico *Vertemate Ducatus Mediolanensis* originem suam trahunt. Est hoc Palatium magnificentum, vel id propter visu dignissimum, quod unicum sit splendoris & divitiarum, quibus olim superbiit *Plurium*, *Plurs*, monumentum. Interiit autem, partim in Terrae viscera absorptum, partim vicini Montis, *Conto* dicti, lapsu obtectum, partim etiam *Mairae* fluvii inundatione deletum *Plurium* hoc, quod olim a *plorando* nomen accepisse dicitur, deplorabili prorsus casu *A. 1618. d. 25. Aug.* Miserrabili hoc exitu periit Pagus amplissimus, *Palatiorum, Hortorum, aliorum Aedificiorum splendore verè Regius*, & funditus quidem, ut nunc nec vola maneat, nec vestigi-

um; excepto, quod subingressi sumus, Palatio, quod Principe haud est indignum, stante tamen Plurio non merebatur aliud, quam domunculæ voluptuariæ, *Sommerhäußlein*, cognomen, intuitu Palatii, quod in Vico ipso possidebant præfati Nobiles, cujusve pictura in Palatio visitur suspensa.

Catadupa Montana.

E regione *Plurii*, cujus loco nunc sunt campi & prata, cum *Maira* Fluvio decurrente, præceps ruit ex Monte *Savoniensi* infignis latitudinis, atque altitudinis (quam centumpedalem circiter æstimavi) *Catadupa*, quâ pulchriorem hætenus non vidi. Ex earum est genere, de quibus *Isaacus Vossius Observat. in Melam. L. III. c. 5. p. 246. Ubi est ingens lapsus, ibi immensa circum circa est adpersio, quæque ad aliquot sæpe pertingit stadia, quod & ipsum in Helvetiis, & alibi experti sumus.* Irrorantur continuâ hæc adspergine vicina prædia, & qui adstant homines ab Aquâ in guttulas resolutâ brevi madent. Ast omne incommodum, quod sentit curiosus Aquâ perfusus, discutit tum *Catadupe* ipsius, tum *Iridis* circularis, & pulcherrimæ aspectus, cujus peripheriam ipse pedibus calcatur. *Catarrhaetam* ipsam cum *Iride* ad vivum delineat *Tab. X.* Talismodi Irides conspiciuntur alibi ad *Rheni* *Catarrhaetas*, uti ad celeberrimam illam prope *Lauffam*, Ditionis *Tigurinæ* Arcem, quam sequentibus verbis expressit *Henr. Glareanus in Panegyrico Helvet.*

Iris circularis.

Tab. X.


*Hic rapidus refluyente in gurgite vortex
Cernitur Euripum referens Scyllaque voracis
Latratu, hic unda alta de vertice montis
Lapsa ruit præceps, sterilemque eructat arenam
In circum, sursumque volans portendere Nubem
Aut Nebule speciem, & Cælum pulsasse videtur.*

Item ad ejusdem *Rheni* *Catarrhaetam*, quam supra depinxi, *Sessaminam* inter *Vallem* & *Spelucam* conspicuam. De *Iridibus* id genus aliis extra patrios fines reperiundis vid. *Gassend. Animadv. in X. Diog. Laert. Lib. p. 1124. Ath. Kircher. Mund. Subterr. Tom. II. p. 115. Olear. Itiner. Pers. Lib. I. cap. 10.*

Jurisdicção Pluriana.

Hinc lati discessimus, viam profecuti per sequentia loca; *Santa Maria di Prosto*, qui primus est *Jurisdictionis Plurianæ* Pagus, & A. 1676. ingens sustulit damnum à deluâ per *Torrentem* argillaceâ materiâ, quâ obruta fuere prædia, eradicatæ Arbores, vastatæ *Vinæ*; *Sant Abundius*, sive *Rongalien*; *Santa Croce*; *La Villa*, seu *Pontelien*; *Castasegna*, *Castanetum*, *Cane-tum*, cui nomen dedêrunt numerosæ *Castaneæ*, quibus undique cingitur

Cofanctum.



Sumptibus D. Georgij Howe, M.D. Coll. Med. Lond. Socij.



1711

11



1711

Tab. XI.



Sumptibus D. Johannis Chamberlayne Armigeri, Societatis Regalis Socij.

cingitur hic Pagus. Hic nobis innotuit Rev. atque Doctissimus Loci Pastor, D. *Suicerus*, quo comite venimus *Solium*; ubi horâ Solium. 6. pomeridianâ, cœlo sereno, fuit altitudo *Mercurii* 21 $\frac{1}{2}$. *Scrup.* unde judicavimus nos esse 1760 *pedibus* superiores *Clavennâ*, *Tiguro* autem 1480.

Soglio, Solium, Soy, Solg, Soilg, Pagus Prægallie Vallis haud postremus, quem inprimis nobilitat illustrissima Familia *de Salicibus* (*de Salis*) De Salicibus Illustris Familia. quæ adhuc est prædives, & Arte Martèque inclyta, atque Genealogiam suam (ab Illustr. D. *Rodolpho de Salicibus*, Gubernatore quondam Vallis Tellinæ præstrenuo, Fautore meo æstumatissimo, studiosè collectam) protendit ad *Andream Salicum*, qui Valli Prægallie immigravit A. 1060. Inter primos etiam Stemmatibus Nobilissimi Patres numerat alium *Andream*, qui emit *Alpem Juliam* A. 1092. quam etiam nunc Familia possidet; alium item *Andream*, Capitaneum *Friderici I. Imp.* A. 1172. & in Expeditione Syriaca A. 1188. In splendido Familie hujus prænobilis *Saliceæ* Palatio honorificè excepti, & humanissimè tractati mansimus per biduum.

Solii altitudo licet juxta computum paulò ante factum sit insignis, *Solio* tamen gaudet non infœcundo, quoniam *Solio Sol* est bonus, per totum ferè diei decursum radiis suis hunc locum illustrat, & calorificâ suâ vi recreat, fitus porrò Meridionalibus Ventis aditum liberum concedit, quem Borealibus asperis denegat.

Vallem Prægalliam, quæ aliis quoq; nominibus audit *Pergallia, Bergallia*, vulgò *Bergell*, ab Oriente in Occidentem protensam, Venti Stati Prægalliam perspirantes. perspirant quoq; *Venti sereno tempore periodici*, manè quidem *Euri*, à Meridie *Zephyri*, quorum ratio eadem cum eâ, quam supra exposui occasione Ventorum Statorum in Laco Rivario.

Die 13. Calend. Aug. horâ vespertinâ fuit cœlo sereno *Mercurii* altitudo 22. *Scrup.*

E regione *Solii* versus Meridiem surgunt Montes inter *Vallem Tellinam*, & *Prægalliam* interjecti, Tab. XI. quorum conspectu Montium altissimorum culmina Gnomones sunt naturales. utuntur *Solienfes* loco Horologii Solaris, ut hinc etiam ratio Nominum, quibus *Gnomones* hosce a Naturâ erectos insigniunt, derivanda veniat. Quando enim Sol ad *A. Piz delle nuove*, nona numeratur hora matutina; accessu autem suo ad *B. Il Piz delle dieci*, designatur decima; ad *C. Il Piz delle undeci*, undecima. Hi proinde (ad imitationem *Gothorum*, de quibus *Rudbeck. Atlantic. Part. I. p. 89.*) ex certo aliquo *Villarum suarum* loco tanquam centro, ad peculiaria *Montium cacumina*, vel *Arbores insigniores*, & à se longissimè remotas, *Solis Lunæque ortum & occasum*

observare solent, ut ex observationibus de ~~-----~~ diebus horisq;
discernere possint.

Die 12. Cal. Aug. horâ 6. matutinâ fuit Solii altitudo Mercurii
21 $\frac{1}{2}$. *Scrup.*

*Pragallia Val-
lis.*

*uolala2 ad
iam 7. inq. illi*

*Casaccia à casu
Montis vasa-
ta.*

Finito prandio discessimus, ut ascenderemus per *Pragalliam
Vallem*, in qua ordine locantur sequentes Pagi: *Bondo*, ad radices
præfatorum Montium. *Castelmuro*, *Castelmur*, ubi valida olim
Arx fuit à *Clavennensibus* & *Plurienfibus* occupata A. 1272. (Se-
paratur hoc *Muri Castro* *Infra-Ponta* à *Sopra-Ponta*, *Pragallie*
partes; *Catschor* pertinet ad Parochiam *Stampensem*; *Stampa* ipsa à
Nobilibus ejusdem nominis ædificata; *Montatsch*; *Coltura*; *Bur-
gum Novum*, *Borgo nuovo*; *Vicus supremus*, *Vico soprano*, *Vespran*,
primarius *Pragallie* Pagus, ubi conveniunt *Judices criminalia*, &
controversias alias decidentes. *Casatium*, *Casaccia*, *Casatsch*,
situm ad pedes duorum Montium, *Maloja* & *Septimi*, quod A.
1673. semisepultum fuit à Montis vicini casu. Historiam se-
quentibus verbis ad me perscripsit *Cl. D. Job. Jacobus Piceninus*,
V. D. M. Soliensis, Liter. d. 18. Aug. 1700. *Hujus Infortunii an-
te centum & plures annos apparuere primordia, ruente tunc tem-
poris montis vicini parte, quæ prædia multa, illeso tamen pago,
deperdidit: Anno demum 1673. mense Aprili, liquescente Nive,
& cum primis mense Julii delabente Imbre, corruit materia argillo-
sa, ac satis tenax subcærulea, quæ Ædificia, paucis altioribus
exceptis, ad Tectorum usque culmina replevit. Hoc cum primis
mirum videbatur, quod rivulus vix ad adaquandum pratium sufficiens,
magnam materie molem, cui nullis repagulis resistere, atque reniti
licebat, protruserit. Vestigia visuntur adhuc.*

Altitudo.

Hic (*Casaccia*) fuit horâ 6. vespertinâ Mercurii altitudo 31 $\frac{1}{2}$.
Scrup. ut hinc altior sit hic Pagus *Soglio* 800. *Clavenna* 2560.
Tiguro 2280. *ped.*

*Maloggia
Mons.*

Die 11. Cal. Aug. fuit ibidem Mercurii altitudo 32. *Scr.* Inde
digressi conscendimus *Maloggiam Montem*, qui etiam vocatur *Ma-
loggia*, *Maloya*, *Maloja*, *Malojus*, *Maloyen*, *Melohen*, & *Juliarum Alpi-
um* est portio, *Engadinam superiorem* interstinguens à *Pragallia Valle*.
Ascenditur Mons hic per viam salebrofam satis & præcipitem, in
cujus summo ad Lacum mox memorandum situs est Pagus ejusdem
cum Monte nominis, in quo observavimus Mercurii altitud. 40.
Scrup. ut adeò elevatior sit *Casaccia* 680. *Soglio* 1480. *Clavennâ*
3440. *Tiguro* 2960.

Septimus Mons.

Lubuit hâc die pedum nostrorum vires porrò experiri: Conscen-
dimus itaque ramum præaltum *Septimi Montis*, qui aliàs cogno-
minatur *Septa*, *Septmer*, *Settmer*, *Setmerberg*, *Monte de Sett*, &
Fu-

Fuliarum Alpium est portio; visuri in ejus cacumine Scaturigines memorabiles trium Aquarum, quæ totidem Flumina vel confluunt, vel ingrediuntur, & vix 20. perticarum intervallo ab invicem distant: Quæ versus Aquil-Occidentem, defluunt, miscentur *Rbeno posteriori*, quæ versus Austr-Occidentem, constituunt *Mairam*, quæ *Prægalliam*, & Comitatum *Clavennensem* perfluit, & prope *Mezolam* in *Larium Lacum* se exonerat. Versus Ortum est *Aqua de Pila*, quæ in cacumine Montis format primùm *Laculum Lunginensem* (*Lagetto di Lungin*) ita dictum à vicino Monte *Lungin*, (qui *Septimi* est pars,) dehinc autem præcipiti fluxu ruit in *Vallem* & *Lacum*. Fluminum horum origines propter ingentem Nivis omnia obtegentis copiam perspicere non fuit datum: Obvenerunt interim alia, quæ curiositati nostræ fecerunt satis. Offendimus passim Lapidem *Nephrítico* profus similem, & lavore veluti unctuofo, & fissilitate, & colore, nunc ex viridi nigricante, qui optimus censetur, nunc flavo-viridi. Meruit hic *Lapis* peculiaribus opusculis describi ab *Aug. Clutio* & *Casparo Bartholino*, quod ad varios Corporis humani affectus, inprimis autem *Vesicæ* renumq; calculos atterendos, & arenulas expellendas fuerit usurpatus. Ex *India* utraque afferri hætenus solebat. Invenimus in eodem Monte *Alpinas* Plantas percuriosas, quarum unaquaque suo exhibebitur loco. In summo cacumine fuit altitudo *Mercurii* 61 $\frac{1}{2}$. *Scrup.* 1720. *pedibus* proin altior *Pago*, *Cafacciâ* verò 2700. *Soglio* 3200. *Clavennâ* 5160. *Tiguro* 4680. In descensu corripuit nos pluvia, vento frigido *Boreali* stipata, sub quorum dominio per medias semper & pluviosas *Nubes* perpluti undique devenimus tandem in *Hospitium*. Duravit in *Valle* hæc *Imbris* effusio per integram *Noctem*, dum interim *Montes* vicinos ad medietates ferè obtexit *Nix*.

Nephriticus Lapis.

Septimi Mensis altitudo.

Die 10. *Cal. Aug.* fuit *Malogie Mercurii* altitudo 42 $\frac{1}{2}$. *Scrup.* *Lacus montani* Montibus vicinis includuntur *Lacus* aliquot, ad quorum ripas progredi licet ad *Acidulas* usque *Sancto-Mauritianas*. Primus est *Lacus Siliensis*, *Lago de Sils*, *der Silser See*, memoratus quoq; *Wagnero Helv. Cur. p. 55.* Alter est *Silvaplanaensis*, *Il Lago di Selva-piana*, isque duplex: Sequitur *Sala* fluviolus, & tandem prope *S. Mauritium* alius *Lacus* profundissimus, *Piscium* triplici genere, *Truttis* nimirum, quæ ad 10. 12. & 18. *Libras* usque ascendunt, *Nasonibus*, & *Schlarinis* (uti quidem vocant) prægnans. *Oeni* seu *Æni* *Fluminis*, quod *Engadinam* utramque perfluit, hinc per *Oeni Vallem* (*Innthal*) in *Danubium* se effundit, *Scaturigo* perhibetur primus *Lacus* *Wag. p. 55. 78.* rectius tamen, meo judicio, omnes tres, quos modò descripsimus. Nondum *Oeni* nomen assumit *Flumen*

ad

ad ipsos *Lacus*, sed demum prope *Samadam*, *Samadenum*, quod hinc etiam nomen traxisse videtur, ut fit *Samoedenum* q. *summum Oeni*. Prope *Celerinam* concurrunt celeri fluxu (unde etiam *Celerina* q. *Celer Oenus*) Aqua *Flaz* ex *Bernina* Monte, & alia ex *Mauritano Lacu*, quæ *Oeni* quidem materiam affert, nondum tamen nomen habet. Ad medium ferè *Lacus Siliensis* est *Terminalis Lapis*, confinium adnotans *Prægallie Vallis* & *Engadine*, ab uno latere insignitus *Literâ P.* altero *Literâ E.*

Acidula San-Mauritiane.

Juxta *Oeni* Fontes progressi devenimus trihorij spatio ad *Acidulas S. Mauritanas*, frequentatas admodum à *Rhætis*, *Helvetis*, *Germanis*, *Italis*. De his plura ex Hydrographis colligere non vacat, nec etiam è re fore puto, unico contentus *Theophrasti Parracelsi* Testimonio, cui subjungam inedita quædam Epigrammata harum Aquarum Encomiastica, cum propriis quibusdam Observationibus. Ita autem Celeberrimus Medicus, Chymista, & Philosophus, *Tract. de Morb. Tartareis cap. xvi. p. m. 323.* *Præ omnibus (Acidulis) quas in Europa cognovi prædico, & extollo, inveni in Egedin (pro Engedin, Engadina) apud S. Mauritium, cujus scaturigo mense Augusto acetosissima profluit. Hanc qui pro Medicinæ modo potat, Sanitatem adipiscitur, & nec Lapidem ullum, aut arenam, nec Podagram, nec Arthreticam novit, aut incurrit unquam. Per ipsam siquidem stomachus ita roboratur, ut Tartarum digerat, nihilo ignavius, ac Struthio Ferrum, Nerula araneam. Nec verò Tartarum solum, verum etiam alia in homine morbos suscitantia, quorum materia prima in cibo & potu sita. Scaturit, imò veluti è Terra ebullit, ad radicem Montis, in angulo prati paludosi, quartâ Milliaris parte circiter ab ipso Pago, alveo sesquipedali in omnem dimensionem clauditur, & domunculâ, Sacello simili ab injurijs externis, & pluvie miscelâ, munitur. Marmorì nigro ad Scaturiginem suspenso insculptum legitur duplex hoc Distichon:*

*Aspera, quas quæris, Lymphas dant Saxa salubres,
Grata sub ingratis rupibus unda fluit.
Nunc alii Cereris jactent, & munera Bacchi,
Omnis opes Tellus ducit ubique suas.*

Alius in laudes harum Acidularum sequentia reliquit, à Rev. D. *Jacobo Gritto*, V. D. M. San-Mauritiano vigilantissimo communicata.

*Syria Jordanem celebrat, Judea Bethesdam,
Unum Mauritium prædicat omne Solum.*

*Lepram solam rapidis ut sustulit undis,
Sic puncto saltem temporis ista juvat.*

*Hic quosvis novit quorumvis tollere morbos,
Tempore non uno ferre paratus opem.*

Alius aliud.

*Vis sanus fieri? Prompta est Medicina, Liquores
Hos bibe. Longævo tempore sanus eris.*

*Musa canit celebres, qui præbent bibere, Fontes,
Sed verax iste est, Fabula sunt alii.*

Exc. D. *Malacrida*, qui de *Acidulis* his Tractatum congeffit ad-
huc ἀνέκδοτον, Annorum viginti & plurium *Experientiâ* funda-
tum, Poeticè quoque *Lympham* hanc *Mineralem* descripsit, &
inter alia sic :

*Limpida scorre in questo picciol seno
Onda che nasce non ha i nostri Monti
Ma ben si ha dalle superne Fonti
Questa col Vitriolo, e con il Ferro
E spiritosa e forte agisce in tutto,
Aprè ogni vase ostrutto
Scioglie le dure Reni, e s'io non erro,
Chiude al Sangue l'uscita.
O' bevanda gradita!
Certo che chi non beve
Al Fonte della vita
Vivere ó più non vuole, ó più non deve.*

Alla brevitat^{is} causâ omitto. Ad bilancem examinata hæc Aqua,
fortissimi sanè, & atramentosi ferè saporis, gravissima fuit inventa
omnium, quas in toto Itinere habuimus obviam; fuit quippe ℥ii.
ʒvi. gr. xxxvii. ut uni Libræ Medicæ infint ℥i. gr. xxvi. partium
Vitriolico-Salinarum, & Terrearum Martialium. Tales autem
contineri indicant, præter saporè, quæ instituimus, Experimen-
ta. A Spir. Sal. Armon. Uinoso mutabatur nonnihili ab urinoso
lactescebat, præcipitata materiâ albâ. Ab Ol. Tartar. pariter
lacteum induit colorem, & ab injectis Gallis carneum primò, mox
atro-rubentem. Originem suam debent Acidulæ Mauritianæ Venis
Vitriolico-Martialibus, quibus circumjecti Montes, & his inter-

jectæ Valles sunt referæ. Invenias passim in eadem viciniâ *Aguas Martiales*, quæ Terram Ochraceam secum vehunt, & acidulum quoq; saporem manifestant, qualem in Septentrionali Vallis latere, è regione Fontis S. Mauritiani nobis ostendit Rev. Loci Pastor: In hac quoq; Περυχολοῖο abundat Terra nigra, ex qua *Sal Petreæ* excoqui potest in copia. Ipse S. *Mauritii Pagus* est Aquis dulcibus limpidis admodum dives, quæ omnium ferè Ædium fundamenta perluunt.

Sal Petreæ nativum.

Silva plana.

Ab Acidulis Sancto-Mauritanis reduces sub vesperam Silvam planam, *Silva plana*, quæ frigidò sub Aere sita primo sequentis diei manè exhibuit nobis Fontem Pagi crassâ satis glacie obtectum.


In Pago S. *Mauritii* fuit sub Meridiem *Mercurii* altitudo 42. *Scrup.* ut *Malogiâ* sit inferior 40 *pedib.*

Silvam planam inter & S. *Mauritii* Pagum est locus, *Campo di Ferro* dictus, quòd ibi Solum adeò durum fit, ut nullis ferè Instrumentis coli aut fodi possit.

Die 9. Cal. Aug. fuit manè horâ 6. tempore sereno, flante Boreâ, *Mercurii* altitudo 38 $\frac{1}{2}$. *Scr.* ut, eadem præsuppositâ Aeris hodierni atq; hesterni temperie, hic locus foret *Malojâ* inferior 240. *pedd.*

Julius Mons.

Non obstante penetrante frigore conscendimus hodie, imò verò superavimus *Julias Alpes*, (*Julium Montem, den Julien, Julierberg, Fulerberg,*) non illas tamen *Livio* memoratas *Lib. V. c. 34.* in quas venisse *Bellovesus* dicitur per *Tricastinos*, (qui Gallia Populi sunt supra *Isaram Fluvium.*) Legunt enim *B. Rhenanus, Glareanus, Sigonius, Simlerus, Tschudius,* & pleriq; Interpretes alii pro *Julias, Invias Alpes*; nec alias inter *Carninas & Tridentinas* fitas, seu *Venetas*, de quibus *Ammian. Lib. XXXI.* sed *Julias Rheticas*, quæ etiamnum antiquum nomen servant, admodum excelsæ & præruptæ, ut hyeme ferè sint impermeabiles. *Siml. Comm. de Alp. 107. b.* Has sequentem in modum describit *Tschudius Helv. Antiq. M S.* *Der Julien hat noch sein uralten Namen, ligt beseits zerur am Septmer. Man zeucht darüber von Stabulo Bivio (Stallen oder Bevio vorgeampt) zu oberst ins Engadein, und entspringt der Ynn (Aenus und nit Oenus) in disem Berg Julien, so durchs Engadin Ynnthal, und Beyerland in die Donau fleust. Von welchem Julio aber, oder Keiser, diser Berg den Namen Julien uberkommen, ist mir unbekant. Sextus Ruffus spricht: Sub Julio & Octaviano Cæsaribus per Alpes Julias iter factum Alpinis omnibus victis Noricorum Provincia accesserunt, &c. Ist Zuachten, das es unter Octaviano der auch Julius*



Handwritten text, likely a title or description, oriented vertically along the right edge of the illustration. The text is difficult to decipher due to its orientation and fading, but appears to contain several lines of script.



Tab XII

Pl. 2.

Sumptibus D. Edwardi Tyson, M.D. Coll. Med. et Societ. Reg. Lond. Socij.

Augustus (von wegen das er Kayser Julii adoptirter Sohn war)
 geschehen, nach dem er Rhetiam, Noricum, und ander volcker
 bezwungen, wird velleicht der Septmer sollen verstanden werden,
 so ein Glied Juliarum Alpium, und zerur beseits am Julio ligt,
 als vorgemeldet. Dann der Julien so hoch und wild, das man den
 allein zu Sommerszeit, und im Winter gar nit bewanlen mag. No-
 nen his Alpibus videtur Simlero de Alp. p. 108. impositum á Julio
 Cesare, nam ut Rufus scribit, Julio & Octaviano Impp, per
 has Alpes iter factum est. Deinde, ut S. bellicus refert, non
 procul á Julio Carnico Mons arduus, & ascensu difficilis est, eum
 Crucis vocant, ubi medio ferme ascensu prærupta rupes occurrit,
 cum calæ angustissimo militari opere illius jussu munito, ut ex ve-
 tustissimo Epigrammate præcipiti Saxo sculpto, sed magna ex parte
 per vetustatem abolito datur intelligi: Ejus principium hujusmodi
 est, C. JULIUS CÆSAR. reliqua tum loci asperitate, tum
 vetustate legi nequeunt. In summo Julii Rhetici Jugo Columnas Columnæ Ju-
 fuisse erectas, ex fragmentis adhuc conspicuis colligere licet. Hæ lie.
 Columnæ teretes sunt ex Saxo rudi impolito formatae, altitud. 4.
 pedd. 5. dig. in circumferentia 5. pedd. 2. digg. distant ab invicem
 44. pedd. Medias inter Via Regia procedit. Vid. Tab. XII. Sunt qui
 ab uno Columnæ hujus latere scriptum fuisse volunt; Huc usque,
 non ultra. Ab altero; Omitto Rhetos indomitos. Habuit certè
 quisquis fuit Julius, quòd in hæc verba eruperit, & ab ulteriori-
 bus progressibus abstinere maluerit, quàm Exercitum suum fortè
 jam satis defatigatum perdere, nihil in summo Montis jugo præ
 se videns, præter Marpesias cautes, & sterilia Saxa. Cornelius
 Tacitus Lib. XIX. als er meldet, wie Vespasiani Kriegsvolk sich
 gen Dietrichs bern gelagert, dem Vitellio abbruch zuthun, spricht
 er: Et interruptus Exercitus (sc. Vitellii) per Rhetias Juliaeque
 Alpes, ac ne pervium illa Germanicis Exercitibus foret, obsepe-
 rat: Zu Teutsch; und hat mit dem selben Kriegsvolk des Vitellii
 Heerzeüg aufgehebt, und hinter sich gehalten, das sie nit mogen
 durch Rhetiam, und die Alpgebirg hinüber Kommen, und hiemit
 auch die Strassen verlegt, und verschlossen den Germanischen
 Heerhauffen, die Vitellio zugezogen sein wolten. Ob nun derselb
 Tractus, oder strich der Alpgebirgen aller vom Septmer bis ans
 Wormbser Foch den Namen Juliae Alpes gehebt, oder fürnemlich
 der Nider Berg oder First Finstermüntz genant, so zwischen dem
 Innthal und Vinssgoüw im Etschland ligt, und die ringst ge-
 mein bräüchlichst Straß ist Sommer-und Winterszeit aus Ger-
 mania und Vindelicia durch Rhetiam in Italien zu wandlen,
 und richtigs auf Dietrichsbern (Veronam) gabt, für den Berg
 Julien Sel verstanden werden (wie sich in vorgemeldten worten

Taciti anseben laßt, weiß ich nicht. Tacitum non de Julio Monte Rhætorum loqui, sed de Juliis Alpibus apud Venetos existimat *Sinzl. de Alp. p. 107. b.*) Doch findet man kein Gebirg in Rhetia, da Julia Alpes gelegen seind sein, so des Namens Julien genemt werd, danu allein diser Berg Melojen, oder Malojen, so Engadin und Bergell von einanderen scheidet, also das die drey Strassen, Septimer, Julien, und Melojen oder Malojen ein Dreyangel machend, und ligt der Kopf und höchste Gibel des Julien in mitten zwischen den drey benamten Berg Strassen. Und ist der Malojen auch ein theil des Julien. Hæc Tschudius. In Julii Torrentibus visuntur passim frustra ruberrimi Marmoris. In summo Julio (ubi Lacus est Montanus, dictus Il Lago di Giulio) delapsus est Mercurius ad 50 Scrup. indicio 920. pedd. quibus Columnæ Casaris sunt altiores Sylva planâ, & totidem ferè, nimirum 960, Bivio, quandoquidem sub Meridiem ejusdem diei confedit hæc Mercurius ad 38. Scr. Supremum Julii supra Viam Regiam elevati cacumen Geometriæ subsidio comperi elevationem adhuc Columnis Casareis 2021. pedd. ut tota Julii altitudo à Silva plana foret 2941. à Bivio autem 2971. pedd.

Marmor rubrum.

Lacus montanus.

Julii Altitudo.

Via per Julium.

Transiisse olim frequentius per Julium Montem Italos in Germaniam, & vicissim Helvetos atq; Germanos in Italiam (viâ nunc usitatori ducente per Viam malam & Spelucam) plurima docent indicia; & hæc inter antiqua Pagorum, quos hodie pertransivimus nomina, quorum expressa fit in Antonini Itinerario mentio.

Butyri confectio.

Tab. XIII.

Butyrum in Julii montis Casis præparare vidi in Vase, quod exhibet Tab. XIII. & major est species ejus, quod vulgò apud nos usui est, manu solâ autem ad pistillum applicatâ versatur, hæc autem, propter adauctam magnitudinem mechanico vectis artificio agitatur.

Stabulum Bivium.


Stabulum Bivium, Bivio, Stalla, Stabulum, ubi prandium sumimus, Bivii nomen habuit a duplici viâ, quæ hinc patet per Julium in Engadinam, & per Septimum montem Clavennam. Sequitur Marmels; Als Mulins, zur Müble; Roffnen, Tinnezium, Tinnezono, Tintzen, prope quem Pagum vidi Saxa Marmorea viridia, & rubra, albis venis striata; Schwainigen, Cunters, cui adjacet Reams, Rheams, i. e. Rhetia ampla. In Cunters fuit sub vesperam altitudo Mercurii 22. Scr. uti & crastino manè, ut hic locus Bivio fit inferior 1280. pedd.

Marmora varii coloris.

Rhetia ampla.

Castellum imum.

Sequenti die, qui fuit 8. Cal. Aug. pertransivimus Castellum imum, Teuffen casten, Tieffen casten, & per Montis Schin tædiofissimos anfractus tandem devenimus ad Pontem Rheni prope Furstenoviam.



Tab. XIII.

Sumptibus D. Henrici Levett, M.D. e Coll. Reg. Med. Lond.

Furstenovia ivimus salutatum Prænobiliff. Dominam Baroniffam de *Schauenstein*, quæ nobis inter alia obtulit *Cafeum caprillum*, Cafeus caprilus maceratus. per continuatam aliquot annorum lotionem & macerationem cum Vino & Caryophyllorum Aromaticorum infuso in pulvem redactum, delicati admodum saporis pro *τρυφάγους*. Porro autem progressi pervenimus serâ nocte *Richenoviam*. Richenovia.

Hæc fuit Die 7. Cal. Aug. *Mercurii* altitudo 7 $\frac{1}{2}$. *Scrup.* prorsus, uti die 13. & 14. mensis currentis, ut hic locus sit *Pago Cunters inferior 1160 pedd.*

Hæc die ivimus ad *Flumina, Flemesium* Pagum, *Flims, Flyms*, Flumina. ubi *Mercurium* vidimus descendisse ad 20. *Scrup.* indicio 1000. *pedd.* quibus *Flemesium* est *Richenovia* altius. Huic origo Nominis (*Flim* Linguâ *Rhætica* notat *Flumen*) sunt copiosæ, & vix alibi reperiundæ *Aquarum* frigidissimarum *Scaturigines*, quæ si junctim profilirent, *Flumen* constituerent non Rivum. Dimidio ferè *Milliari* à *Pago* videas ex radice *Montis* profluere, & deorsum diversis in locis ruere, imò *Torrentes* statim constituere *Fontes* limpidissimos. In *Pago* ipso numerantur *Origines* tredecim, ex quibus *Aquæ* latitudine unius, dimidii, imò & duorum *pedum* é *Terra* cum stridore prorumpunt. Ex iis tamen aliæ sunt temporariæ, quas ex *Glacie Nivèq;* *Alpina* solutis deducunt *Incolæ*, aliæ perennes, quæ *Aquas* suas hauriunt dubio procul ex amplis *Hydrophylaciis*, quæ in visceribus *montis* delitescunt. Præcipuus, & maximus, *Fons* vocatur *Gorg.* q. d. *Gurges*; perennis hic est, & statim ac profluxit, exercetur ad *molam* circumagendam. Alia loca sunt *Furnasch*, ubi undecim *pedum* intervallo quatuor *Fontes* scaturiunt. *Ilg Davòs* etiam est temporarius, sed temperatior ratione frigoris. Qui *Fontium* horum primas *Scaturigines* in ipsis *Terræ* visceribus scrutari cupit, ei facem accendit consideratio sitûs, quem obtinet ipse *Pagus* ad radices *Montis Oberalp*, qui non terminatur in acutum fastigium, sed petris admodum latis, per nullas ferè *fissuras* seu hiatus distinctis, sive continuis veluti *Alembico* naturali clauditur. Dico notantur, veluti *Alembico*, quoniam firmiter persuasus sum, eodem modo *Phænomenon* hoc concipi debere, quo vulgò, & facillè quidem, explicatur *Distillatio Chymica*, copiosissimos ex imis *Montis* visceribus ad cacumen sublevari *caloris* subterranei ope *vapores* aqueos, hos quoad minimam partem exhalare in *Aëra*, sed appulso petris undiq; clausis condensari in *Aquam*, hanc refluere & colligi in amplas *cavitates*, *Hydrophylacia* dictas, ex quibus dehinc per subterraneos ductus *Aquæ* devehuntur ad *Pagum*, & alia ei vicina loca, unde profilire videtur. Experimentum fecisse dicuntur *Incolæ* circa *Gurgitem*,

Cavitates Fle-
mesianorum
præcox.

Dammum ex
inundatione
Torrentis.

projecisse scilicet in foramen quoddam, sive fissuram summi Montis, sub quâ Aquas audiverunt murmurantes, Scobem Lignorum, vidisse autem hanc ipsam prodire per Ostium præfati Gurgitis. Discriminant Incolæ has Fontium Aquas ratione bonitatis & temperaturæ; nos in pondere nullam prorsus observavimus differentiam, sed omnes ejusdem gravitatis (3ii. 3vi. gr. xxx.) deprehendimus. Aquarum usui, & potui adscribunt Incolæ, sanissimi aliâs, & undiquaque vegeti, quod maturius canescant aliis, & faciliè calvescant.

In hoc Pago reliquias vidimus damni, quod ante paucos dies die 1^o hujus Mensis, hora 8. vespertinâ, intulit *Torrentis d' ar Blaune*, qui ex *Oberalp* tanto cum impetu defluxit, ut limites sibi constitutos perfregerit, & aliam novam sectatus viam medium ferè Pagum in discrimen conjecit. Inde sanè fuere à plurimum Centenariorum Saxi domus perforatæ, Stabula & Horrea disrupta, Conclavia passim Terrâ, Saxi, limo in primâ, secundâve contiginatione repleta. Talis quoque ejusdem Torrentis Exundatio, quam *Rijsin* vocant, contigit A. 1687. Anno item 1572. fuere tali occasione tres domus prostratæ, & Templum ita læsum, ut fornix deciderit.

Salutavimus hîc Illustr. D. *Gaudentium de Capol*, quem Equitis Dignitate donavit Gloriosissimæ memoriæ **GUILIELMUS**, Angliæ Rex potentissimus pariter ac pietissimus; & Rev. D. *Hartmannum Rosselium*, Loci Pastorem plus quàm sexagenarium, cujus Pater 82. annorum vegetus adhuc eodem S. Ministerii munere fungitur *Taminii*. Exhibuerunt hi nobis multa Humanitatis haud promeritæ testimonia.

Die 6. Calend. Aug. *Flumina* reliquimus, & Duce Reverendo simul & humanissimo Sene conscendimus præaltum Montem *Flimsensem*, den *Flimsfer-Berg*, quem *Segnes Rhæti* vocant, & distinguunt in *Segnes zuor*, & *Segnes zuot*, i. e. Montem superiorem & inferiorem. Pars hujus Montis Meridionalis, quæ Rhætiam spectat, est anhela quidem, utpote in altum affurgens aëra, facilior tamen alterâ Septentrionali, quæ præceps magis est, & in saxofos abrupta scopulos, qui plus nobis negotii facessere, quàm omnes alii hætenus à nobis superati. In summo Montis hujus cacumine est Πύλα seu *Spelunca* celebris illa *perforata*, quam vulgò *S. Martins-lock* appellant *Glaronenses*, & quotannis in Pago *Elm* die 3. Martii, ut & circa diem D. Michaeli sacrum, tempore Autumnali per Speluncam hanc, veluti per Opticum Tubum, Solem aspiciunt, de quo *Wagner. Helv. Cur. p. 237.* & *Pfendler Bericht von Bergen. p. 24.* Speluncam hanc, prouti

Spelunca perfo-
rata. Martini.

Tab. XIV.

Pl. 2.



Sumptibus Honoratissimi D. Edwardi Southwell Armigeri, Societ. Reg. Lond. Socij, &c.

Iter Alpinum Secundum.

ex Rhætiae parte eam contexi, delineavi cum prærupis vicinis scopulis, quos Rupicapra sæpe pererrant, in *Tab. XIV.* E regione *Tab. XIV.* Petrae hujus pertusa auditur ab ambulanti- bus per mediam Nivem, & inde haud parùm jam defatigatis, distinctus admodùm, & multiplex *Echo.* Ad imum ferè Montis, qui ad Glaronenses jam spectat, & *Tscheingel* Rhætis, *Schindlen* Germanis vocatur, pertranseunda est via angustissima, *die Wand, zur Wand,* satis longa, *Via angusta periculi plena.* vix hîc & illic quartam pedis partem lata, infra quam in præceps abit, imò verò ruit, paries multis in locis nudus, & ferè perpendicularis, faxeus, centenos aliquot pedes altus, supra autem alius paries erigitur etiam scopulosus, ut vel ex scopulorum acutis prominentiis, vel ex arbuscularum ramis dependeat transeuntium securitas, qui aliàs, si vertiginosi sint, per aliam ducantur viam, ne vitæ periculo adeò evidenti se exponant. Adumbravi aliquatenus periculosissimum hunc transitum in *Tabula Titulari* seu *Præliminari.* Sic horâ 10. demùm nocturnâ *Elmam* devenimus. Grates *Elmæ.* autem D E O pro tutamine hoc aliisque, quæ nobis in toto hoc itinere præstitit, debemus permaximas, non unquam intermori- turâ memoriâ dignas.

Die 5. Cal. Aug. *Elmâ* devenimus *Mattam, Matt.* Hic per *Mattæ.* horulæ diverticulum ivimus visum Montem *Blattenberg,* cui Nomen dedit *Ardesia nigra, Saxum fissile,* seu *crustosum, Marmor Ardesia nigra. mensarium nigrum* Cordo dictum, nobis *Schwartzer Schieferstein,* ex quo mensas pulcherrimas, nitidissimas, tabulas deletiles, aliaq; fabricant, quæ polita cum Marmore certant Obsidiano; proinde in Germaniam, Hollandiam, Angliam, Sueciam atque Daniam ea exportantur, *Wagn. Helv. Cur. p. 304.* Quod nos in loco ipso natali observaverimus, paucis aperiam. Jacent super invicem ordine parallelo, nec interrupto hi Lapides Fissiles, plani omnes, tortuosi nulli, nec illi parvi, sed aliqui decem pedes in longum, & quatuor in latum extensi. Aliquando continuitatem dirimunt Venæ *Quarzi* candidi, vix octavam digiti partem lati, quas si horizontales fuerint (respectu scil. ad Strata ipsa habito) *Ziger* vocant, nomine desumpto à colore Casei secundarii; si perpendiculares, *Glass.* Fissiles singuli Lapides, quos facillimâ operâ attollunt, & ab invicem separant Operarii Cuneorum ferreorum ope, in interstitia adactorum, constant duabus ferè partibus, superiori duriore, & inferiori molliore. Aliquando totum Saxum est molle adeò, ut nulli inserviat usui. Saxa hæc secant Lapidicæ in eam, quam desiderant Mensæ, vel Tabulæ alius, formam, & domi dein magis adhuc expoliunt; frustis prælongis, sed non adeò latis in asserum formam sectis, asserum loco utuntur ad areas Hortorum cingendas.

Sunt

Stratorum Helveticorum situs. Sunt Strata hæc fissilia non horizontali situ posita, sed versus Meridiem inclinata, sicuti plærque alia Montium Helveticorum Strara.

Marga pinguis albida. In quadam Saxorum horum fissurâ reperitur *Marga* pinguis, quam *Cretam albam* vocant.

Sernffa Fluvius. Per Vallem, quæ *minor, das Kleine Thal*, appellatur, defluit *Sernffa* fluvius, *die Sernft, Serniphius Glareano*, qui in *Wepchio* monte oritur, & in *Limagum* se effundit.

Eodem die perreximus *Glaronam*.

Glarona. *Glarona, Clarona, Glareana, Glarus, Glaris*, Vicus Territorii *Glaronensis* primarius exhibuit nobis postero die, qui fuit

4. Cal. Aug. binas Observaciones, quarum relatio curiosos non minùs delectare valet, quàm erudire.

Locus S. Felici & Regule sacer. In Veneratione est iis, qui precibus Sanctorum diverberant aures, locus elevatior paulò, *auf der Burg, die Burg* dictus, (quòd ibi Castellum olim fuerit à Territorii Domino exstructam) Sacello insignis, quod à *S. Felice* in honorem Archangeli Michaelis, alii ab aliis in Sanctorum Martyrum *Felici & Regule* memoriam conditum esse tradunt Papicolæ. Horum dilucidationem Theologis relinquo; detexit autem mendacis famæ fraudes id genus plures, & quæ ad rem præsentem in specie spectant, versatissimus in Historia Ecclesiastica Theologus noster *Clar. atque Rev. D. Joh. Jacobus Hottingerus Helvet. Kircken Geschicht. Lib. II. p. 116, 117.*

Addam, quod observavi ipse, non Historicorum Monumentorum fide nixus, sed à Naturâ ipsâ edoctus, atque sic absque *έρεσο & πολυπερυσμύνης* periculo, quandoquidem non in alienam messem mitto falcem meam. Ostenditur in præfato loco editiori, haud procul à Sacello, Petra eminens, Naturâ cava, quam inhabitasse dicuntur aliquandiu Helvetiæ Proto-Martyres prænominati à Legionem Thebæâ profugi, *Felix & Regula* Sancti, & ibi in sui memoriam reliquisse tum Characteres quosdam, de quibus rectè prælaudatus *Hottingerus*, eos adeò obscuros esse, ut in eorum lectione & interpretatione conscius ille arcanorum fatorum Vates *Daniel* hærare posset, tum quoque viva digitorum suorum, quos quinque monstrant, vestigia, in *Tab. XV.* delineata. Sed

O vanas hominum mentes, ô pectora cæca!

Sunt hæc putatitiæ digitorum impressiones aliud nihil, quàm Iudibundæ in Stalactitarum formatione Naturæ manifestissima producta. Esse autem Crustam illam mellei ferè coloris verum *Selenitem*, vel *Stalactiten*, patebit cuivis harum rerum gnaro, vel substantiam


Tab. XV.

Pl. 2.



Sumptibus D. Guilhelmi Musgrave M.D. Coll. Med. et Reg. Societ. Lond. Socij.

Tab. VI



Georg. Meissner. Tab. VI. 1774.

stantiam hanc Saxi cum Stalactitis aliis collaturo, qui mira in Terræ cavernis exhibent ludibria, non digitorum duntaxat vestigia, sed integra quoque Sacella, & in iis Organa Musica, quorum fistulæ adeò sæpe affabrè sunt à Naturâ fabricatæ, ut ad artificiales accedant quàm prope; imò, ne desint spectatores, & Comoediarum mutarum actores, Monachos ipsos, rafa de gente Sacerdotes, uti in celeberrima illa Specu in *Baummanniana, Hercyniæ* comitatu *Reinsteinensi* sita, quam fusè descripsit nuperrimè citatus supra *Behrens Hercyn. Cur. cap. 1.* Antri hujus Miracula ita inter alia depingit Carmine Elegiaco *Job. Ludovicus Furerus.*

*Quodque fidem superat, stillantes marmora guttas
Efficere, & veris reddere imaginibus.
Furares Sipylo Nioben, Spectator, ademptam,
Uxoris statuamq; hic superesse Lotho!
Pbineæ quis dubiret, Cephaliq; in Marmore Cervi,
Ulterius si quis progrediare, Canem?
Persea Gorgoneos nempe hic posuisse Colubros
Credibile est, imisq; oculuisse locis.
Inde rigor Steropum, Ferri qui pondera mulcent,
Infuscantq; tuas, Buda, frequenter Aquas.
Minima mira! DEI quos non se extendit in ætus
Mira manus! Inunc, posce, Sophista, modum.*


Quid dicam de Lapide illo *Monachiformi*, qui duos repræsentat Cuculligeros, & ob id *der Münch-stein* vulgò vocatur, in viciniâ Cœnobii *Michaelsteinensi* Comitatus *Blankenburgici*? De quo *Behrens lib. cit. p. 128.* Sic, videmus, superstitione in auxilium vocat ipsam Naturam. Sic ex ludibrio Naturæ formant Pontificii Miraculum. Sic olim in Spelunca quadam Montis *King-leang*, ad urbem *Fengân* *Chine* excidi iussit Imperator quidam, ex Lapide unico (quem *Stalactitam πολυμορφον* fuisse auguror) mille Idola, teste *Neuhof. Sinisch. Reisberchr. p. 315.*

Discussis Fabulæ Historiæ Nebulis conféro me ad *χλωρότυρον*, *Caseus Glaronensium rasilis* seu *Caseum rasilum Glaronensium*, qui *Schab-ziger* vulgò audit, quòd radi soleat ab his, qui ejus deliciis capiuntur. Hoc Casei genus graphicè satis depingit *Deodatus Panthei Hygiast. Lib. I. c. 35.* *Habent & (Helvetii) aliud Casei genus, Schab-ziger vocatum e variis Alpinis herbis salutaribus & aromaticis Plantis* (falsum hoc, non alia quippe planta ingreditur hunc Caseum, præter *Lotum hortensem* odorem, cui *Gesnerus de Lact. p. 48.* adjunxit *Imperatoriam*, quæ tamen hodie non est in usu) *caseose*


*Substantiæ recens intusis permixtis, & probè subactis paratum, fortiq; torculari pressum, quod cum incidendi, abstergendi, attenuandique facultate polleat, nec facile ventriculum lædat, ni largiore manu ingeratur, & appetitum invitet, eo quisque parca tamen manu, & primâ mensâ, appetitus irritandi gratiâ, uti poterit. Defensionem hujus Casei, quem pro Elemento Terræ per jocum habuerunt aliqui, in se suscepit *Conr. Gesner. lib. cit. de Lact. p. 51, 52.* cui in *Glaronensem Caseum* iniqui esse videntur, qui ipsum ut rem vilissimam omnium Elementorum Terræ comparent, obliti quàm pretiosus sit, quàm salubris, quàm jucundus, quanta deniq; gratia cibi potûsq; fastidium removet: Stomacho gratus & utilis, supinum excitat, abundantes ejus humores siccando consumit, qualitate noxios emendat, herbarum beneficio, quibus optimis lectissimisque tanquam antidotis & antipharmacis quibusdam constat, ut rectè nonnullos æstimare vim ejus credam, qui loco *Theriaceæ facultatis* ipsum commendant. *Τυροποιήσιως* hujus (quam recensere in animo habeo) ut *Appendicis* loco interservire possit ad *Lactis Operumq; Lactariorum descriptionem*, quam ante annum exhibui) Processus sequenti modo se habet. Erigitur hinc inde, *Glaronæ & Mattæ* comprimis, Torcularis genus, quod oppositè vocant *ein Zigerreibe*, depictum *Tab. XVI. Fig. 1.* In hoc præcipuè attendi debent ansulæ duæ *A. & B.* quarum illa materiam contentam á lateribus aufert, & in aream mediam derivat, hæc verò eandem non evagari finit, sed eò derivat, ut á *Lapide C. Molari* simili conteri possit, & exactè subigi. Huic Machinæ infundunt Casei viridis ingredientia, e. g. Casei secundarii macri, cujus scil. causa materialis Lac cremore fuit privatum, quem *Zyger* vulgò vocamus, á fero omni liberati, & ferè exiccati, centenarium unum, Salis communis, & Trifolii odorati, (quod ob hunc ipsum usum *Zyger-Kraut* appellant, in arvis colunt, *Lotum hortensem* odorem nuncupat *C. B. Lotum sativam odoratam annuam flore cæruleo* *J. B.* ad *Meliloti* genus autem referunt *Hermannus, Morisonus, & Tournefortius*, cum recentioribus Botanicis aliis) ana. quadrantem Modii. Hisce in aream Machinæ *D.* profusis molam Caseaream ab affluente extus rivo *E.* circumagi jubent per bihorium ferè, quo temporis spatio affusa materia exactè commiscetur, & absq; ullâ ulteriori operâ ita subigitur, ut postmodum non aliâ re opus sit, quàm adimpletione *Modulorum, der Zyger-Kublen, Fig. 2.* in quos casearea Massa cogitur subsidio *Pistillorum, Zyger-Stofflen, Fig. 3.* & complanatur *Malleo* ligneo, *mit dem Tatscher, Fig. 4.* ibiq; tam diu linquitur, usquedum debitum exiccationis gradum obtinuerit.*

Tab. XVI.

Tab. XVI.



Sumptibus D. Guilielmi Williams, A.M. Coll. Exon. Oxon. Socij.



Handwritten text at the bottom of the page, possibly a title or description, which is mirrored and difficult to read.

obtinuerit. Tunc modulis suis eximuntur *Casei*, Fig. 5. & ordine super assères collocantur in Conclavibus temperatis, quæ referari probè debent undiq; si Aëris constitutio fuerit frigidior, & ventis agitata, ad præcavendas fissuras. De viribus hujus *Casei* si à priori judicium ferre liceat (à posteriori enim commendat bonitatem quotidianus multis usus) præsumi omnino potest, quòd *Casei* vulgati densitas, & stomacho incommoda gravitas, ob quam nequitia accusatur à Medicis, nisi per avaram veniat manum, corrigatur particulis tum salinis, tum oleosis aromaticis Trifolii odorati, atque sic ventriculo, & reliquo Corpori non tantùm non officiat, sed maximè profit, proin possit assumi à delicatioribus etiam, vel ante cibum ad appetitum ciendum, vel post cibum ad digestionem promovendam.

Eodem die in Planitie Glaronensi dimensus sum Semicirculi Geometrici subsidio altitudines *Montium* sequentium;

<i>Glarnischi anterioris, der vorderen Glärnisch</i>	}	pedd. Glaronensium quorundam Montium al- titudines.
(posterior enim, & altior, hinc non conspicitur)		
<i>Schilt</i> , qui sese erigit supra <i>Ennetbühl</i> & <i>Enneda</i>	}	2431
<i>Wyggis</i> , <i>Wygisberg</i> , cujus partes sunt <i>Rautispilz</i>		3976
& <i>Schyenstock</i>		3571

unde patet *Glarnischi* anteriorem altiore esse *Clypeo* 256. pedd. & *Wygisio* 660. hunc autem à *Clypeo* superari 404. pedd.


Glaronâ eodem die discessimus, & *Vesenam* tendimus, ut ibi secundo *Limago* fluvio repeteremus *Lacum Tigurinum*, quem eodem adhuc die attigimus, imò *Horgam* usque pernavigavimus.

In viâ vidimus tristes reliquias damni, quod *Nider-Urnenses* Nider-Urnensibus illatum
damnam ex
Inundatione. experti sunt die 4^{to} Aug. ab exundatione Torrentis, qui, parùm abfuit, toti ferè Pago ultimum exitum attulit. Historiam Facti perscripsit ad me Rev. Loci Pastor D. *Joh. Henricus Fæsius*, qui post *Alexandrum Rosæum*, Anglum, occupatus nunc est in *Virgilio Christiano* adornando. Agebatur, ita sese explicat in Literis die 1. Sept. ad me datis, dies 2. Aug. (styl. vet. apud Glaronenses adhuc usitati) *isque serenus satis. Sub vesperam videbatur quidem Cælum pluvias, ast aliis potius quàm nobis minari, unde Mollisensibus, aliisque nobis superioribus pagis metuebam. Ingens illic alibique videbatur esse pluvia, fuitque nobis adhuc nonnullâ serenitate gaudentibus, & plenam mox expectantibus:*


*Mox autem Nubibus & nostrum cælum offundebatur atris,
Scindit se Nubes, & in Æthera purgat apertum.
Intra horam 6. & 7. non guttatim, sed situlis Aqua effundi videbatur;*

Iter Alpinum Secundum.

batur; unde de Rivo nostro (qui vocari posset der Dorffbach, quoniam extremam Pagi nostri partem interluit, ad differentiam alius, qui dicitur der fallende, & cum illo prope Montem sese conjunxit, colle licet interjacente) cum aliis sollicitus, Pontis mihi vicino, talibusque occasionibus ad avertendum periculum & damnum removendo operam daturus, accurrebam, sed serò nimis, æquè ac alii; vix enim domo egressus obvios habui in Arboreto meo, adibus contiguo, viros, feminas, fugientes, plateas domosque suas ob metum intumescentis rivi deserentes, meam domum, securitatis gratiâ, petentes, & celerem mihi fugam, seu reditum, suadentes: Stupenti, remeanti, domumque repetenti inundatio jam præsens conspicitur, pedibus quasi meis, aliorumque hærens, ades, à rivo licet satis remotas, alluens, & talem impressionem faciens, ut januam claudere ob insequentem Aquam vix licuerit; ubi de Hypocausti fenestra prospexi nihil occurrebat, nisi, ut ita loquar, cælum undique & pontus: Lacus, inquam, cum impetu, per totum delatus pagum, septa perrumpens, obviamque Ligna, aliaque auferens, adium, cellarumque ostia multis in locis effringens; hypocausta, vestibula, culinas aquis complens; pontes omnes dispellens; muros quibusdam in locis sternens; arbores frugiferas passim decorticando ladens, aut eradicando prorsus perdens: In Templo ipso natabant subsellia; ædificia impetui primo viciniora, fulonica, & mola, neutra tamen habitata, imis à sedibus eruta sunt; alia stabula & ades ita deperditæ, ut nec vestigium supersit. Cum stabulo quodam periit miserè filia quadam Pontificia. Erant viri, qui feminas tergis in loca altiora portabant; alii præ terrore animi deliquia passi sunt; multi inciderunt in Scyllam, evitaturi Charybdim; quidam ades suas deserentes, aliò fugituri, arbores scandere coacti sunt. Noluit tamen Omnipotens & Misericors DEUS Παντοκράτωρ nostram, quæ sequuta fuisset, maximam saltem partem, nisi Aquæ maturæ, & diversis in locis, ex alveo suo satis angusto, & saxis repleto, erumpentes divise prius fuissent, quàm ipsum attigerant Pagum. Tanti, & tam inopini, Diluvii causa fuisse videtur ingens Tempestas grandine mixta, (cujus integri cumuli postridie adhuc erant conspecti) quæ in Montibus Nider-Urnensibus tantâ copiâ effusa fuit, ut altitudine suâ domos equârit, eique integræ Abietes, Aquarum impetu eradicatæ, innatârunt erectæ; unde tanta Aquarum vis in Alpibus collecta, post damnum Montanis pascuis illatum, cum impetu & fragore deorsum ferebatur, abietes trahens, sylvas eruens, saxa, saburram volvens: Alveus rivi in planioribus locis, ad radicem Mon-



Tab. XVII



Sumptibus Reverendi D. Wilhelmi Derham, Societ. Reg. Socij.

tis, propter tantam materiarum molem aliquamdiu obstructus creditur, inde majore cum impetu, etiam locis insolitis & altis tandem erupit, omnibus obstaculis victis, & incredibili Saxorum, Saburrae, Lignorum multitudine eructata multa prata prorsus obtextit. Virgilii versus haec applicare licet:

*Tunc etiam immensum caelo venit agmen Aquarum
Et saedam glomerant tempestatem imbribus atris
Collectae ex alto Nubes: Ruit arduus Aether.
Et pluvia ingenti sata leta, boumque labores
Diluit: Implentur fesse, & cava flumina crescunt
Cum sonitu.*

Vel haec.

*In segetem veluti cum flamma furentibus Austris
Incidit; aut rapidus montano flumine Torrens
Sternit agros, sternit sata leta, boumque labores,
Precipitesque trahit Sylvas: Stupet inscius alto
Accipiens sonitum ————— de vertice Pastor.*

Ultimum Phanomenon, ut nobis ex curioso Itinere feliciter per DEI Gratiam redeuntibus veluti aggratulareretur, exhibuit Sol; induens sese novo prorsus, mihi saltem nunquam viso, habitu. Circa horam 5. Vespertinam, caelo nubilo, comparuit nobis fulgidissimum alias Sidus per aliquot saltem momenta, & medias Nubes, amœno purpuro-cœruleo colore perfusum, eo ferè modo, quem *Tab. XVII.* exhibet.

*Solis vultus
cœruleo habitu
indutus.*

Tab. XVII.

OBSER-

OBSERVATIONES BOTANICÆ.

Laudabilem præstitere operam Superioris seculi *Botanici*, quòd *Plantarum Synonyma* in amplissimo Veterum Scriptorum campo dispersa collegerint in certas *Classes*, & hâc ratione dividenda sejunxerint, conjungenda univerint. Multa illi egerunt, sed non peregerunt omnia. Invenerunt, & inveniunt quotidie *Botanicæ* Viri *Hermannus*, *Rajus*, *Sherardus*, *Turnefortius*, *Volckamerus* mutanda, illustranda, corrigenda, extricanda in *Baubinorum* Scriptis. Quam illi in horum Laboribus perpoliendis sumfere licentiam, hâc & mihi licebit uti erga ipsos *Baubinos*, *Boccones*, *Rajos*, *Turnefortios*, magna in Republica Botanica Nomina; tanto facilius autem, quoniam ad elucidanda Alpinarum Plantarum dubia nemini tam prompta suppetit occasio ac mihi, qui propenso feror à tenera ætate ad hoc studium impetu, & ab Illustribus Viris, Fautoribus & Amicis jugiter colendis *Hottono*, *Sherardo*, *Turnefortio*, *Volckamero* admoneor indies, ut vires meas circa hoc quoque Objectum experiar, Plantas in ipsis locis natalibus studiosè conquiram, descriptiones ex siccis factas corrigam, rarioribus Icones addam, multiplicata præter necessitatem subtraham, incongruè unita dividam, obscura illustrem, nova nota Orbi reddam, & ubivis id agam, quod Studij hujus Nobilissimi ulteriorem perfectionem, & ad ipsam Praxin Medicam, proficuum fore puto. Quicquid igitur observo, quicquid ex observatis annoto, ex annotatis refero, id unicè Veritati sacrum esse volo, & illis ipsis quorum hallucinationes recenseo, ingenuâ mente commendo, imò submissa manu corrigenda amplius offero.

1. *Acetosa rotundifolia Alpina* C. B. Duplicem invenio Plantam, quæ hanc mereatur denominationem; Unam in summis Alpium jugis, quæ *Baubiniane* Descriptioni convenit; alteram in Spelugæ Montis descensu, quæ folia habet etiam *Viola lutea Alpina modo rotunda, unguem*, imò unciam plus minus, *lata, pediculis tres etiam*

etiam quatuor uncias longis & tenuibus, imò verò capillaribus ferè, donata, sed Radicem crassam, longam, superne in plura capita divisam, ex quibus singulis exsurgunt Caules crassi, striati, semipedales, in unam, vel duas biunciales triuncialesve spicas florum terminati.

2. *Acetosa Cambro-Britannica montana* Park. *Acetosa rotundifolia repens Eboracensis folio in medio deliquium patiente* Morif. Hicce Titulis insignio Plantam, quæ vix alia in re, quàm foliis rotundis spissis virentibus, medio deliquium patientibus, imò non nisi virore foliorum à vulgari *rotundifolia* differt, & passim in præruptis Alpium Helveticarum ac Rhæticarum lateribus, imò & ad sepes, & prope macerias crescit. Pediculi florum, qui ex geniculis prodeunt, bini vel quaterni, coloris sunt atro-rubentis, uti quoque foliorum calycem constituentium margines, semina- lium conceptaculorum fimbriæ, & apices. Stamina florum sunt pallidè lutea, coccineâ rubedine quandoq; notata. In Valle Prægallienfi occurrit passim Planta hæc foliis maculatis, seu maculis quasi albis in umbilico foliorum notata.

3. *Acetosa montana maxima* C. B. *Acetosa sylvatica maxima* J. B. Ad Spelugæ Montis Radices in pratis & nemoribus umbrosis versus Campum Altinum. Non dubito, quin hæc sit *Acetosa montana radice rectâ pedali aut sesquipedali Lapatbi instar absque fibris* Morif.

4. *Allium montanum bicornè angustifolium, flore purpurascente* C. B. *Allium silvestre bicornè purpureum proliferum* J. B. *Moly montanum gramineo folio.* Clus. In Altâ Rhætiâ.

5. *Allium montanum foliis Narcissi minus* C. B. *Allium petraeum umbelliferum* J. B. est ipsum *Allium saxatile Acori radice flore purpureo* Boccon. Mus. p. 84. Tab. 79. floribus dilutioris purpuræ: In Altâ Rhætiâ. Fortè est *Allium montanum minus*. C. B. prod.

6. *Alnus montana pallido glabro sinuato Ulmi folio* Bocc. Mus. p. 139. *Alnus montana Ulmi folio* ejusd. Tab. 96. Nullus dubito, hanc esse *Alnum Alpinam minorem* C. B. in descensu Montis Flimsensis ad Elmam pagum crescit, & pedes decem vix unquam in altitudine superat.

7. *Alfene Alpina minima glabra* C. B. ad radices Montis Gallandæ, & aliarum Alpium satis copiosè crescit. Folia graminea semunciam & unam longa habet bina semper ex adverso posita: Planta integra palmam vix exsuperat; Cæterùm quadrat descriptio C. B. Prod. p. 118.

8. *Alfene palustris Serpillifolia* C. B. Prod. Hoc nomine digna mihi videtur plantula tenera repens, quæ furculum habet tenuem quidem, sed tenacem, spithamæum, & semipedalem, lignosum, ruben-

rubentem, foliis vestitum crebris, rotundis, foliis Serpilli, conjugatim dispositis, crassis, & averſa parte aliquando rubentibus: Surculi non sunt simplices ſemper, ſed plerumq; ramiſi: Ramulorum extremis infidet floſculus pentapetalus albus, calice pentaphyllo ſuſtentatus. Forte eadem eſt cum noſtra hac Planta *Alſine Alpina Serpilli folio multicaulis & multiflora* Tourn. In Septimi Montis jugis collegi.

8. *Alſine tenuifolia muſcoſa* C. B. *Alſine muſcoſa* quibusdam J. B. Jungit Rajus dubitanter *Alſinem Saxifragam anguſtifoliam montanam minimam* Col. Et ſane videtur hæc, quam præ manibus habeo, mereri inſuper titulum *Alſines montane capillaceo folio* C. B. item *Alſines ſaxatilis multifloræ capillaceo folio* Tour. In umbroſis Rhæticarum Alpium.

9. *Alſine altiffima nemorum* C. B. *Alſine aquatica major* ejuſd. *Alſine major repens perennis* J. B. haud differre mihi videtur ab *Alſine nemoroſa maxima montana* Raij, cui Synonymam facit *Alſinem montanam latifoliam flore laciniato* C. B. In nemoribus udis montofis paſſim creſcit.

10. *Alſine Alpina ſubhirſuta Linariæ folio* Tour. mihi videtur *Apricula Muris pulchro flore albo* J. B. cui inſuper Synonymum jungo *Caryophyllum hoſteum tomentofum anguſtifolium* C. B. Prod. In Alpibus Rhæticiſ paſſim.

11. *Alyſſon Alpinum hirſutum* Tour. *Sedum Alpinum hirſutum luteum* C. B. *Sedum ſaxatile foliis margine piloſo* Gefner. In Montibus altiffimis Solio vicinis.

12. *Aſter Alpinus cæruleo magno flore* Park. *Aſter montanus cæruleus magno flore, foliis oblongis* C. B. *Aſter purpureus montanus* J. B. Antè annum adjunxi Synonymis hiſce *Aſterem Atticum Alpinum alterum* C. B. nunc inſuper affocio *Conyzam cæruleam Alpinam minorem* C. B. Prod. ſeu *Aſterem Atticum cæruleum minorem* Tour. In Alpibus Rhæticiſ paſſim.

13. *Aſteri montano purpureo ſimilis, vel Globulariæ* J. B. hæſitavi antè annum, an fit *Aſter Alpinus flore purpureſcente* Raij quandoquidem hic fit ramoſus, ille non item. Nunc autem, quum in peregrinatione hac Rhæticiã offenderim eandem hanc Plantam in duos, treſve ramos brachiata, dubium omne depono.

14. *Auricula Urſi carnei coloris foliis minimè ſerratis* J. B. *Sanicula Alpina rubeſcens, folio non ſerrato* C. B. violaceo & purpureo floris colore, ſemiuncialem & vix uncialem plantulam, cauliculis & foliis aliquantum hirſutis inveni in Septimi Montis altiffimis Jugis.

15. *Biſtorta Alpina pumila varia* Park. *Biſtorta pumila foliis variis rotundis & longis* Morif. In Alpium Rhæticarum jugis.

Tab. XVII



Handwritten text on the left margin, including the number '539' at the top and several lines of illegible script below it.

Handwritten text at the bottom of the page, including the name 'Jungfer' and other illegible script.

Tab. XVIII.



Sumptibus D. Petri Hottoni, Med. & Botan. in Acad. Lugd. Batav. Professoris, & Societatis Regalis Lond. Socij.

16. *Cacalia tomentosa* C. B. Quæ in Alpibus editissimis Soglio vicinis crescit, satis bene convenit Descriptioni. Folia habet *Tussilaginis foliis* minora (non *majora*) ex latâ basi in acutum mucronem desinentia, figurâ instar *Personatæ oblonga*, in ambitu serrata, nonnunquam sinuata, supernè ex virore nigricantia, venis tamen, incanâ lanugine albicantibus, percurrentibus; infernè propter densam, & mollissimam lanuginem, quâ pubescunt, candidissimis: quorum pedicelli oblongi, striati, non secus ac folia, lanuginosi. De Floribus nil constitit C. B. uti nec de caule. Nostræ Plantæ caulis est palmaris, crassus, tomento candidissimo oblitus, foliis quoque alterno situ positis stipatis, sustinens flores binos vel ternos, calyce squamoso capitato suffultos, qui abeunt in semina papposa. Vid. Tab. XVIII. Fig. 1.

17. *Calamintha montana præalta*, *Pulegij odore*, *dentatis foliis*, *floribus dilutè cæruleis*, *ex longo, ramoso, & brachiato pediculo prodeuntibus* Bocc. Mus. p. 45. *Calamintha montana præalta Pulegij odore* Ejusd. Tab. 40. *Calaminthæ præaltæ Pulegij odore altera Icon ex Sabaudia*, Tab. 38. Convenit & Icon, & Descriptio, Plantæ, quam prope Vesenam, in Castris Rhæticas, & alibi in dumetis, murisque umbroso situ locatis offendi; & eandem judico cum *Calamintha Pulegij odore*, sive *Nepeta* C. B. *Calamintha flore minore*, odore *Pulegij* J. B. Tab. XVIII.
Fig. 1.

18. *Campanula Alpina rotundifolia minor* C. B. item *Campanula rotundifolia minima* C. B. nec non *Campanula Alpina minima*, foliis *Linariæ ad caulem stipatis* Bocc. Mus. p. 143. *Campanula Alpina caule folioso* Ejusd. Tab. 103. Foliis est pulchro virore splendentibus, & fere lucentibus: Ad viarum Alpinarum margines, & saxorum crepidines ubique reperitur, cæruleo suo colore peramœna. Figuram optimè expressit C. B. *Prod. p. 34.* niveo flore saxo adnatam inveni in Oberhalbstein.

19. *Campanula foliis Anchusæ*, *floribus oblongis* C. B. *Rapunculus montanus*, sive *Trachelium montanum* J. B. à palmari altitudine surgit ad pedalem, & altiorem semper, quo in profundiori loco nascitur Planta ipsa. In omnibus Alpibus crescit.

20. *Campanula parva rotundifolia*, *flore cæruleo pentagono grandi* Raij *Campanula saxatilis rotundifolia hispida flore cæscio amplo Italica* Barr. Icon. Quæ hunc Titulum promereri mihi videtur, in Alpibus Rhæticas passim obvia, ima habet folia breviora, & aliquantum hirsuta, superiora augustiora & longiora: Cauliculis singulis palmaribus & sesquipalmaribus unicus infidet flos, pro Plantæ ratione grandis, cæruleus.

21. *Campanula Serpillifolia* C. B. qui optimè describit, & depingit in *Prod. p.* 35. in umbrosis rupibus Valentiam inter & Vetricis, in Comitatu Sarunetum, crescit, quas pedibus suis & cubitalibus cauliculis proreptantibus læto virore investit.

22. *Carduus spinosissimus angustifolius vulgaris* C. B. niveo flore inveni in monte Schin, inter Imum Castrum [Tieffen Casten,] & Fürstenoviam.

23. *Carlina seu Chamæleon acaulos flore magno* C. B. *Carlina acaulos* J. B. Ad semitas, & in pascuis sterilioribus Alpinis frequens. Alpicolæ præparant capitula carnosæ, uti Cinaram, hisque deliciarum loco utuntur, quod jam olim annotavit Gesnerus.

24. *Carlina polycephalos alba* C. B. In pascuis Alpinis passim crescit, præcipuè autem circa Casas, & Stabula Alpina: *Ad cubitalem, & bicubitalem altitudinem excrescit*; caule est crasso, striato, intus cavo, ramoso, hirsuto, quem amplectuntur alternatim folia Cardui spinosissimi familia, versus radicem viridia, versus summitatem candidiora magis, profundè laciniata, spinis flavescens horrida; ramos summos ornant Flores 4. 5. 6. Carduo, non Carlinae similes, albidi, calyce spinoso armati, quibus succedunt semina papposa.

25. *Caryophyllus sylvestris Carinthiacus ruber* C. B. *Caryophyllus sylvestris* 4. *Clus. Jungo Betonicam Coronariam, sive Caryophyllum gramineum pusillum* J. B. In Domesticæ Vallis (Domleschg) pratis Alpinis ficiioribus.

26. *Caryophyllus saxatilis gramineo folio, umbellatis corymbis* C. B. In Maloja & Septimo, Montibus.

27. *Centaurium majus folio Helenii angustiore* Tour. *Centaurium, sive Rhaponticum alterum angustiore folio* J. B. *Rhaponticum angustifolium incanum* C. B. Quod in Alpibus Prægalliensibus & Aversanis crescit, capitulum habet non unicum, sed 5. 8. 10. in umbellam ferè disposita; aliquando etiam ex ala folii penultimi prodit pediculus biuncialis, qui pariter gestat florem, calyce squamoso cylindrico innixum. Huic associari debet alia, quæ *Tussilagini Alpinae oblongis foliis* C. B. seu *Tussilagini Alpinae longo folio* J. B. per omnia convenit, exceptis florum capitulis: *Folia sunt crassa, quedam palmo longiora, parte inferiore hirsuta, per margines ferrata; caulis hirsutus, rufescens, striatus & asper; hujus summum ornat florum 10. vel 12. calycibus squamosis sustentatorum corymbus, similis prorsus Centaurio majori jam descripto. Flores singuli abeunt in semina papposa.*

28. *Chamænerion Alpinum Alfinis foliis*. Ita ex Recentiorum mente nominari meretur *Lysimachia siliquosa Alpina erecta Alfinis foliis* Bocc. *Mus.* p. 31. Tab. 15. Altum est hoc, quod in fissuris Saxorum passim offendi, Chamænerion palmum & spithamam. Ex radice fibrosa surgunt cauliculi initio lignosi, foliis imis vestiti rotundis; quæ mox insequuntur alia longiora, glabra, angusta, & tandem floſculi incarnati cum filiquis uncialibus angustis.

29. *Chamænerion Alpinum foliis splendidibus denticulatis* Tour. *Lysimachia Alpina glabra ramosa Violæ surrectæ foliis splendidibus* Bocc. *Mus.* p. 32. Tab. 10. E muris opacis, & saxorum fissuris passim procreſcit, à dimidio pede ad unum usque adsurgens, ramosa valde.

30. *Clinopodium montanum* C. B. *Cluſtana* Descriptioni respondet; & ad Alpium radices, ad semitas, & saxorum crepidines passim crescit.

31. *Colchicum montanum angustifolium* C. B. *Colchicum montanum flore purpureo* J. B. In pratis Alpinis supra Campum Dulcinum prope Pagum Madefen.

32. *Cruciata Alpina latifolia levis* Tour. *Rubia quadrifolia, vel latifolia levis* C. B. *Rubia quadrifolia Italica hirsuta* J. B. In ascensu umbroso montis Blattenberg, Ditionis Glaronensium. Eadem est cum *Rubia majore quadrifolia atro-virenti saxatili* Bocc. *Mus.* p. 83. pro qua posuit per lapsum pennæ. Tab. 75. *Rubia minor quadrifolia atro-virens saxatilis*.

33. *Cyanus montanus latifolius, vel Verbasculum Cyanoides* C. B. *Cyanus Alpinus radice perpetua* J. B. In umbrosis Galandæ Montis inveni flore cœruleo umbilico purpureo, sed & flore & umbilico purpureo, quæ diversum adeo à priori gignit speciem.

34. *Euphrasia pratensis lutea* C. B. conferatur, an eadem sit cum *Euphrasia Helvetiorum parva luteis floribus*, cujus inter varietates *Euphrasie Officinarum* meminit C. B. nec non *Euphrasia lutea minima Alpina subrotundo folio nigricante* Bocc. item *Euphrasia Alpina erecta foliis subrotundis* Ejusd. p. 19. *Mus.* qui floris colorem non addidit. Nostra, quam in Speluga, & aliis Alpibus habuimus obviam, florem habet galeâ purpuro-cœruleâ exterius notatum, interiùs flavum, labello inferiori tripartito flavo seu croceo, striis purpureis picto.

35. *Euphrasia Officinarum* C. B. major & ramosior, foliis tamen minoribus, floribus amplioribus ex albo purpuro-cœruleis crescit ad ripam Lacûs Silvæ planensis, & Siliensis.

36. *Filago Alpina capite folioso* Tour. *Gnaphalium Alpinum magno flore, folio oblongo* C. B. *Gnaphalium Alpinum pulchrum* J. B. Pro eadem Planta, prævio Rajo, habeo *Gnaphalium Alpinum magno flore, folio brevi* C. B. *Gnaphalii Alpini pulchri aliud genus* J. B. Crescit in Montibus Soglio vicinis, & Averfanæ Vallis editissimis.

37. *Filago Alpina minor erecta*. Ita ad mentem *Tournefortii* mihi vocatur *Gnaphalium Alpinum minus* C. B. palmum, vel ad summum spithamam altum, foliis oblongis, angustis, præditum, ex quorum alis prodeunt flores. In Alpibus Rhæticiis passim.

38. *Gentiana Alpina pumila Centaurii minoris folio* Tour. *Gentianella Alpina aestiva Centauræ minoris foliis* C. B. *Gentianella fugax quinta Clusii flore cœruleo colore elegantissimo* J. B. flore cœruleo elegantissimo nunquam inveni, sed quidem niveis, dilutè & intensius cœruleo-purpureis floribus copiosis onustam collegi ad ripam Lacuum Silvæ planæ & Siliensis. Folia ex lata basi in acumen terminantur, Bellidi fere similia; unde eandem autumo cum *Gentianella Alpina unicauli Bellidis folio* Bocc. p. 144. Tab. 101. in hoc Titulo tamen τὸ unicaulis adjectivum incongruum reputo, quòd hæc planta aliquando quidem fit unico caule prædita, plerunque tamen multicaulis ab ipsa radice, vel saltem ramosissima, pro plantulæ magnitudine, quæ tres quatuorve uncias vix excedit, aliquando tamen ad pedalem altitudinem affurgit. Placent Figuræ *Tabern. & Clus. in Pannon. p. 291.* præ illa *J. B. T. III. p. 527.* quæ exilis nimis, pro plantæ crassitie. Observent, rogo, Botanici, annon descripta hæctenus *Gentiana* petala singula habeat segmentis fimbriatis intus exornata, quæ pilos barbulaeque purpurascens vocat J. B. suspicor quippe eandem esse cum *Gentiana Alpina Centaurii minoris folio* *Gentianam pratensem flore lanuginoso* C. B. *Gentianella specie quadam, an Cordo Pneumonanthe, aut Gentiana fugace altera Clusii* J. B. imò & *Gentianella brevi folio* C. B. quæ *Gentianella est fugax quarta Clusii flore dilutè purpurascens, & cœruleo elegantissimo* J. B. & tandem ipsa quoque *Gentianella autumnali ramosa* C. B. & forte *Clusianis* atque *Baubinianis* aliis.

39. *Geum Alpinum majus viscosum hirsutum foliis oblongo-rotundis, atro-rubentibus, & croceis floribus*. Plantæ hujus, quam nullibi hæctenus descriptam legi, facies est sequens. Folia ima sunt, uti aliorum Sedorum, quæ *Cotyledonum* nomine vulgò veniant, ad radicem in orbem disposita, oblonga, in extremitate rotundata, supernè viridiora, infernè dilutiora, membranulis marginalibus mollioribus diaphanis dentata. E radice surgit unicus caulis cras-

sus,

fus, foliis alternatim vestitus, (quæ sensim breviora evadunt, & rotundiora,) atque viscosâ hirsutie obsitus. Ex alis foliorum superiorum prodeunt petioli simplices, vel ramosi, iique crassi satis, sustinentes calycem viridem quinquepartitum, è cujus interstitiis petala floris protendantur quinque, stellatim disposita, atro-rubentis & crocei, vel mellei coloris, angusta, in acutum apicem terminata. Pistillum floris abit in vasculum seminale bicornè, cui insunt semina fusca: Integra Planta surgit à spithamæa ad pedalem usque altitudinem, & ultra, tactuque tota fere est viscosa. Crescit passim in Alpibus, ipso etiam Alpio monte, Tiguro adlito, ad Terrarum abrupta præcipitia, & locis gaudet aquosioribus.

40. *Geum folio subrotundo minimo* Tour. *Cotyledon media foliis subrotundis* C. B. *Cotyledon altera olim* Matth. J. B. Umbrosa loca amat, & simul uda. Aversa foliorum pars hæud rarò carneo colore, vel etiam eleganti purpurâ rubet.

41. *Gnaphalium oblongo folio* Ger.emac. *Gnaphalium supinum oblongo folio* Park. quibus jungit Raius *Gnaphalium majus lato oblongo folio* C. B. in vallibus Alpibus siccoribus passim crescit. Mihi videtur esse *Helicbrysum Alpinum minimum capillaceo folio* Tour.

42. *Gramen Avenaceum spicâ simplici, locustis densissimis candidantibus, & lanuginosis* Tour. Procrevit ex Muris prope Badam Helvetiorum, & passim in locis sterilibus saxosis Ræticiæ. Hoc idem mihi videtur cum *Gramine avenaceo montano lanuginoso* C. B. *Gramine cum locustis parvis candidis, semine avenaceo* J. B. *Bauhinianis* certe Descriptionibus æquè ac *Tournefortiano* nomini respondet. Descriptionem meam unâ cum Icone ante annum exhibui.

43. *Gramen paniculatum locustis parvis purpuro-argenteis annuum* Raij. *Gramen paniculatum minimum molle* Bot. Monsp. App. Descriptioni respondet, uti & loco natali, nascitur quippe in pascuis Alpibus sterilioribus, palmare, vel ad summum semipedale. An verò menti Clarissimi Viri, qui hoc Graminis genus primus descripsit, satisfaciât, ostendet *Tab. XVIII. Fig. 2.* Locustis reperitur aristatis, & nudis; unde non adeo differre puto *Gramen capillaceum locustellis pennatis, non aristatis* Ejusd. Raij. Tab. XVIII.
Fig. 2.

44. *Gramen Avenaceum capillaceo folio, paniculi ampliore, locustis splendidibus* Tour. *Gramen nemorosum paniculis albis capillaceo folio* C. B. Radices habet tenues, geniculatas, cirrosas, albas; caules graciles admodum, pedales & sesqui, imâ parte geniculatos; genicula singula, imò internodia dimidia, obvolvuntur folio tenui, quod postea abit in triunciale, palmare, imò & spithamæum capillaceum,

capillaceum, seu prætenue. Ex caulis summitate biunciafi prodeunt longis fatis intervallis petioli ex adverso bini, tenuissimi, ramosi, gestante; paniculas argentei fere nitoris latiusculas, aristatas. Conferri poterit hæc descriptio cum *Baubiniana*.

Tab. XVIII.
Fig. 3.

45. *Gramini Canino Vineali simile Alpinum angustioribus foliis, paniculis rarioribus non aristatis.* Vid. Tab. XVIII. Fig. 3.


46. *Hieracium Alpinum latifolium hirsutie incanum flore magno* C.B. *Hieracium* 1. *latifolium* Clus. in Maloja Monte. Non hæcenus inveni hanc Plantam nisi unico flore in summo, & crasso quidem cavoque caule, ut hoc intuitu ad *Dentes Leonis* potius referenda sit, quam ad *Hieracia*.

47. *Hieracium montanum hirsutum ramosum parvis floribus* C.B. Hoc, si bene conjecto, (conjecturæ autem facilis est venia, ubi nec descriptio, nec Icon præstat) radicem habet nigricantem, obliquam & rugosam, è qua aliquot extuberant capita, molli lanugine hirsuta, unde sena aut plura enascuntur folia, unius, duarum & trium unicarum longitudine, semunciam lata, crassiore nervo secundum longitudinem excurrente, mollia, tenuia, brevi lanugine prædita, & infimâ parte admodum laciniata & angustiora, supernâ verò latiora & dentata duntaxat (verba hæc mutuò peto ex Descriptione *Hieracii montani laciniato folio seu VII. Clus.*) E medio foliorum surgit unus, duo, tresve caules, hirsutie tenui nigricante asperi, uno alterove folio, quod latiore basi caulem amplectitur, vestiti, versus mediam sui partem ramosi. Ramulorum summis insident Flores Hieracii parvi, calyce in tenuissimas lacinias secto sustentati, abeuntes in femina nigricantia papposa.

48. *Jacea latifolia capite hirsuto* C.B. *Jacea cum squamis pennatis, sive capite villoso elatior* J. B. Descriptionibus *Clusianæ*, & *J. Baubinianæ* respondet, nisi quòd hæc nostra unicaulis sit, non ramosa. Florem gestat magnum purpureum. Reticulatum, sive pennatum Caput idem est, quod *Cyani Alpini Lychnidis candidissimo folio capitulo reticulato* Bocc. Mus. p. 20. Tab. 2. Quem non adeò differre puto à nostra *Jacea*.

49. *Jacobæa Alpina pumila comosa incana* Bocc. Mus. p. 20. *Jacobæa pumila Alpina*, Tab. 8. Ejusd. In Montibus altissimis *Aversanæ* & *Prægalliensis Vallium*. Est ipsa *Jacobæa Alpina Absinthij folio humilior* Tour. *Chrysanthemum Alpinum incanum foliis laciniatis* C. B. *Chrysanthemum Alpinum Fudenbergense Jacobææ affine* J. B.

Tab. XIX



Jam. Smith del. J. G. Smith sculp. J. G. Smith fecit.

Tab. XIX.



Sumptibus D. Jacob Bobart, Horti Botanici Oxon. Praefecti

50. *Imperatoria major* C.B. *Imperatoria* J.B. Hujus *Imperatoria Alpina* & *Imperatoria minor* C. B. à majori non differunt reapse. Quod enim montana spontanea minor fit eâ, quæ in Hortis colitur, omnibus suis partibus, radice etiam polleat gustu acriori, & magis urenti; id ab altitudine Locorum natalium varia arcessendum est, imò & à diversitate foli; reperi in eodem Maloja, & aliis Rhætorum Montibus eandem & gustu, & facie externâ Plantam, nunc cubitalem, nunc sesquicubitalem, sed & pedalem: Unde & *Imperatoriam Alpinam maximam* Tour. huc refero.

51. *Lapathum hortense rotundifolium sive montanum* C. B. *Lapathum folio rotundo Alpinum* J. B. Ad casus Alpinas ubique copiosè crescit, imò & colitur, ut folia cum Aqua cocta & macerata alendis Suibus, quos Animalia domestica (*Hausthiere*) appetant, inferviant.

52. *Ledum Alpinum foliis ferreâ rubigine nigricantibus* C. B. quod *Chamerbo dodendros* est aliorum. Tubercula, quæ Gallarum instar ramis adnascuntur, sunt nunc alba, nunc flavescentia, nunc dilutè rubra, nunc etiam miniato pulcherrimo colore variegata. In Speluga Monte Tubercula hæc copiosè collegi, quæ tamen colorem mox, si tecum portaveris, mutant. Vid. Tab. XIX. Fig. 1, 2, 3.

53. *Leucanthemum Alpinum foliis profunde incisissimis* Tour. mihi videtur ipsa *Bellis Alpina alba minor* C.B. quæ 2. in Prodr. in omnibus Alpibus tam Rhæticiis, quam Helveticis, frequens. Nec dubito, quin sit *Bellis minima erecta foliolis laciniatis ad caulem adnatis* Bocc. p. 162. Tab. 116. Tab. XIX.
Fig. 1, 2, 3.

54. *Lichen pyxidatus Acetabulorum oris coccineis & fuscis, non tumentibus.* In Speluga monte.

55. *Lichen pyxidatus major* Tour. crustulis viridantibus veluti squamis leprosis obsitus, passim saxis innascitur.

56. *Lichen tubulatus verrucosus ex obscuro virore flavescens.* Saxis instratum inveni in Alpibus Rhæticiis, vernice quali oblitum.

57. *Lichen tubulatus cinereus, ramulorum extremitatibus bifurcatis.* Parvam hanc Lichenis speciem inveni Cespitibus innatam in Speluga.

58. *Lichen tubulatus nivei fere candoris ramosus apicibus recurvis acutis.* Occurrit in summo Montis Flimsensis Jugo spinulis exasperatus.

59. *Lichen*

Tab. XIX.
Fig. 4.

59. *Lichen Alpinus glaucus ramosus botryoides*. Pulchella hæc Planta, quam in Spelucæ summo jugo collegi, herbis instratam, supra digiti, vel duorum altitudinem non adfurgit: Cauliculos habet ramosos carnei coloris, quibus per totam fere longitudinem, præsertim verò in summitatibus adhærent botri, constantes bullulis glaucis, vel etiam dilutè carneis. Vid. Tab. XIX. Fig. 4.

60. *Lithospermum Alpinum tomentosum minimum* Tour. *Echium Scorpioides Alpinum nanum supinum* Bocc. Mus. p. 149. *Echium Scorpioides Alpinum tomentosum nanum supinum* Ejusd. Tab. 107. quod in Septimo, aliisque Rhætia Montibus inveni ab una ad tres quatuorve uncias altum, ab *Echio Scorpioide arvensi* C. B. vix differt, nisi magnitudine, quæ in Plantis Alpinis communiter est minor.

61. *Lithospermum arvense majus*. Hoc Titulo mihi venit *Echium Scorpioides arvense*, quod vulgato quadruplo majus est & hispidius C. B. ad bicubitalem altitudinem adfurgit, caule erecto, aspero, canaliculato, minimum fere digitum crasso; de cætero cum *Echio Scorpioide arvensi minori* convenit. Collegi ad Pontem Rheni supra Pagum Ander.

62. *Lychnis Alpina Lini folio multiflora peramplà radice* Tour. *Lychnis Alpina glabra Caryophylli Holostei flore* Morif. Contuli hanc ante annum cum *Caryophyllo Alpino crasso Linaria folio calycibus variegatis* Bocc. Mus. p. 23. Tab. 5. An benè, ut ego quidem mihi persuadeo, vel malè, judicet Botanophilus ex Descriptione. Radix est pro teneritudine Plantæ crassa satis, & lignosa, digitos aliquot longa, in furculos aliquot fibrosos protensa, ut undique alimentum attrahat in cauliculos, extus fusca, intus alba. Cauliculi ipsi è radice undique propullulant lignosi ab initio, & admodum foliosi, foliis cincti glabris, viridibus, unciam longis, *Linariae* similibus, conjugatim dispositis; ubi altius, ad dimidium usque pedem, & ultra, surgunt, tenerascunt, & internodia habent unciæ unius, & duarum intervallo ab invicem difflata, foliis ex adverso positis binis ornata, intermedio cauliculo tereti manente, foliis nudo. Ex alis foliorum prodeunt ramusculi tripartitim, & hi rursus bifariam, vel trifariam divisi, quibus veluti umbellis sustentantur flores albi, vel incarnati, calyce vestiti polyphylo atro-virentibus lineis veluti variegato. Iconem satis expressit bene *Bocconus*, quæ tamen prodiisset descriptioni nostræ similibus, si tripartitos ubique ramulos simul exhibuisset. Ab hac non multum differt, ut ab incautis facilè pro eadem accipi posset.

63. *Lychnis saxatilis Alpina glabra pumila* Tour. *Auricula Muris Alpina glabra, sive Lychnis glabra minima, aut Caryophyllei minima species flore albo* J. B. quam congruere vult *Alpine 2. sive pratensi glabrae* C. B. *Phyt.* Foliis hæc est latioribus & brevioribus; radix plerunque non adeò crassa, ut præcedentis, sed fibrosa, tenuis. In Alpibus Rhæticiis utraque passim crescit, petris infidens.

64. *Lychnis Alpina pumila folio gramineo, vel Muscus Alpinus Lychnidis flore* C. B. Amœnâ suâ purpurâ colles Alpinos passim investit, & transeuntium oculos mirè recreat; nivei aliquando reperitur candoris.

65. *Millefolium Alpinum incanum flore specioso* J. B. *Millefolium Alpinum tomentosum odoratum nanum* Bocc. *Mus. p. 166. Millefolium tomentosum odoratum* Ejusd. *Tab. 120.* In altissimis Averfanis & Prægalliensibus Jugis.

66. *Muscus capillaris ramosus apicibus candicantibus.* Saxis passim innascitur, cespitem crassum efformat, & ad unciam fere surgit. Affinis videtur *Musco capillaceo densissimo lanuginoso* Tour.

67. *Muscus Alpinus cirrosus, seu crinium retortorum instar crispatus.* Pertinet elegantissima hæc Plantula, quam *Tab. XIX. Fig. 5. Tab. XIX. Fig. 5.* exhibet, ad *Capillaceos Muscos*, petiolis tenuissimis uncialibus capitula infident angusta flavicantis coloris. In Galandæ Montis Saxis passim reperitur, & cespites integros efformat.

68. *Muscus terrestris repens, clavis singularibus foliosis erectis* Raij. *Muscus squamosus repens tenuissimis foliis* Tour. *Muscus terrestris repens humilior tenuissimis foliis, clavis foliorum erectis* Morif. Descriptionibus *Rajanae, & meæ*, quam ante annum exhibui unâ cum Icone, adde, quòd folia ima, radici proxima, sæpe rubello egregio colore sint tineta. Plantulam hanc quoties intueor, videor mihi videre *Muscum denticulatum minorem* C. B. *Muscum terrestrem Lusitanicum* J. B. quem depingit sub Titulo *Musci pulchri parvi repentis* T. II p. 757. Saxis herbis in stratum offendi in ascensu ad Cœnobium Piperinum, & alibi passim in peregrinatione hæc Rhætica.

69. *Muscus aquaticus viticulis longis minus ramosis lucidis foliis acutis triangularibus cinctis* Morif. cui Synonymum facit Tourn. *Muscum squamosum foliis acutissimis in Aquis nascentem.* Hæc cognomina applico Musco cuidam erecto, non ramoso, fescunciam, vel binas uncias alto, quem in rivulo quodam Montis Julij reperi.

70. *Oreoselinum Apii folio minus* Tour. *Apium montanum nigrum* C. B. J. B. *Apium montanum folio ampliore* C. B. *Apium montanum Dalechampij* J. B. In Maloja monte.

71. *Pentaphylloides majus erectum flore luteo, ternis foliis, Fragariæ instar hirsutis* Morif. *Trifolium Fragariæ foliis flore luteo* Berardi Hort. Jonq. *Fragaria* primo intuitu videtur, sed *Pentaphylli* potius species est, licet triphylla sit, in reliquis enim notis cum hoc convenit. Ad ripam Lacus Silvæplanensis, qui Oeni Fontem constituit, pedalem offendi inter Saxa. Videtur mihi *Pentaphylli effigies Leucas quibusdam*, quam depingit J. B. T. II. p. 598. seperanda tamen à *Fragariæ affini sericea incana* C. B. sive *incana Pentaphylli effigie* Lob. Adv. p. 307. & magis adhuc ab *Argentina Mompelliaca* Tabern.

72. *Pbalangium Alpinum palustre Iridis folio* Tour. *Pseudoasphodelus Alpinus* C. B. *Pseudoasphodelus quibusdam* J. B. Reperitur in gramineis omnium Alpium collibus; optimè depingitur, atque etiam describitur à *Clusio Pann.* p. 261, 262. Cur palustre dicat *Tournefortius*, non perspicio; amat equidem loca umbrosa, sed magis sicca editiora, qualia sunt montium dorfa convexa.

73. *Pilosellæ majoris sive Pulmonariæ luteæ species angustifolia* J. B. Hoc nomine digna mihi videtur Planta pedalis & sesquipedalis, à radice statim ramosa, aspera, pilis hirta, folia habens uncias duas tréve longa, dimidium verò, vel unum digitum lata, in ambitu sinuata, vel quasi ferrata; caulem amplectuntur alterno ordine folia, gradatim in omni dimensione minora. Caulibus summis insidet flos unicus, bini etiam vel terni, lutei, satis magni, sustentati calyce in tenuissima segmenta diviso: semina habet papposa nigra. Abludere haud adeò videtur ab hac Planta *Hieracium montanum Faceæ integro folio* Bocc. Mus. p. 64. T. 54.

74. *Pulsatilla lutea Apij hortensis folio* C. B. J. B. Hujus Plantæ Iconem nullam hæctenus vidi, & proin illustrationis facillioris ergò adjungere volui *Tab. ***. Fig. **.* In montibus altissimis Prægallienfibus occurrit. [*omissa est Figura.*]

75. *Quinquefolium album minus alterum* C. B. Huic Synonyma hæc adfocio: *Pentaphyllum album* 1. & 2. *Clus.* *Pentaphyllum album* 1. *Clus.* J. B. Descriptionibus *Clustianis* congruit. Ex fissuris saxorum in Julio monte, item in monte Schin inter Imum Castrum, & Fürstenoviam procrefcit.

76. *Quinquefolium minus repens Alpinum aureum* C. B. *Pentaphyllum Alpinum splendens aureo flore* J. B. in Alpium Rhæticarum jugis. Limbos foliorum habet villosā lanugine splendentes, veluti argenteos.

77. *Ranunculus montanus purpureus, calyce villoso Felicis Plateri* J. B. In Septimi Montis nivosis cacuminibus lætè virescit, floribus pro Plantulæ magnitudine magnis & pulchris albidis, & incarnatis, vel ad petalorum umbilicos candidis, & margines carneis, & purpureis, iisque nunc simplicibus, nunc binis ternisve superbiens: Cauliculos habet palmares, & sesquipalmares; Radicem fibrosam, amplam, & profundam; Calycem pentaphyllum flavum, villosissimum & veluti byssinum, concolori lanugine obtectum. Cæterum non differt Plantæ exterior facies, & succulenta structura à *Ranunculo Alpino humili rotundifolio flore majore* C. B. ut facilè unum pro altero decerpseris. Vid. Tab. XX. Tab. XX.
Fig. 1.

78 *Rapunculus folio gramineo* Tour. *Rapunculus umbellatus folio gramineo* C. B. *Rapunculus minimus folio tenui gramineo* J. B. qui passim in Alpium planitiebus crescit, cœrulei est coloris; at niveo flore inveni in Spelugæ summo.

79. *Rapunculus petreus* Alpin. Exot. Park. Morif. E fissuris Rupium umbrosarum in Via Mala, & alibi in Rhætia procrescit. Descriptioni adde, quòd capitulo florum subjiciantur bina cornicula, seu folia tenuia, unam, duas, & tres uncias longa. Inveni in peregrinatione hac aliam ejusdem generis & speciei Plantam, quæ folia habet ab imo caulis ad summum perangusta, minutis serrulis in ambitu incisa; quibus haud destituuntur folia antecedentis.

80. *Rubeola Alpina saxatilis tenuifolia* Bocc. Mus. p. 145. Tab. 101. Saxis, eorumque fissuris passim innascitur. Foliis & caulibus est viridibus glabris; flosculis nunc albis, nunc incarnatis; quibus succedunt semina nigricantia. Refero huc *Molluginem montanam minorem, Gallio albo similem* Raij Hist. Plant. p. 482. de qua rectè dubitat, an sit *Gallium album minus* C. B. Folia enim hoc bina plerunque, nonnunquam terna habet, ut annotat. C. B. & depingit Tabern.

81. *Rubia levis linifolia, floribus albis Montis Virginis* Bocc. Mus. p. 83. Tab. 75. In Alpibus Rhætice passim occurrit, saxis innata, sed non ultra spithamam alta, floribus niveis onusta.

82. *Salix Alpina Alni rotundo folio repens* Bocc. Mus. In summo Septimi Montis Jugo.

83. *Saxifraga tridactylites Pyrenæica lutea minima* Tour. *Sedum tridactylites Alpinum minus* C. B. Insignem offendo in hac Plantula Naturæ lusum. Foliola sunt ad radicem conferta; & ex eodem trunco prodeunt nunc integra, ut Linguae effigiem imitentur, nunc in summo bifida, nunc trifida; ut omnino huc pertineat *Sedi Alpini* III. Fr. Gregorii Rbegiens. Col. prima & secunda verietas; adeoque & *Saxifraga tridactylites Alpina minor* & *villosa* Tour. ejusdemque *Saxifraga Pyrenæica foliis partim integris, partim trifidis*, nisi velimus separare singulos Naturæ lusus. Fissuras Saxorum inhabitat.

84. *Saxifraga Alpina Ericoides flore cæruleo* Tour. *Sedum Alpinum Ericoides cæruleum* C. B. In summis Alpium Jugis, horumve Saxis nive nuper denudatis proreptat. Vid. Tab. XX. Fig. 2.

Tab. XX.
Fig. 2.

85. *Saxifraga Alpina Sedi foliis crenatis asperis* Tour. *Sedum Alpinum foliis crenatis asperis* C. B. *Sedum Alpinum hispidum fere spinosum floribus pallidis* J. B. Jungit bina hæc Bauhinorum *Seda* Tournefortius, sed, an optimo jure, nescio. Nostrum sanè *Sedum*, quod J. B. Titulo & figuræ respondet, est quidem *cauliculis tenuissimis*, sed non duntaxat *semipalmaribus, aut palmariibus*, sed *sesquipalmaribus, & spithamæis, in summo in ramulos aliquot sectis*; folia habet *longiuscula acuminata, spinulis utrinque exasperata, non crenis* (unde persuasus sum, esse hoc nostrum *Sedum, cujus folia marginibus asperis branchias piscium referunt* Gesn. Hort.) *prope Terram multa, in caulibus alterna: Flores non sunt quadrifolij, purpurascens, quibus capitulum subrotundum, membranaceum, apice donatum succedat; sed pentapetalij, paleascentes, vel candidi, ad umbilicos flavi, apiculis in medio multis, calyce pentaphyllo sustentati. Succedit unicuique capitulum minus, turbine bifurco patente, e quo concussu excidit semens copiosissimum, minutissimum, pulvisculi instar colore nigrum.* Propagines imæ non floriferæ copiosiora gerunt folia, & in singulis alis capitula foliosa, unde nova germina procrecant. In Septimo, & Julio Alpiibus Saxis innatum offendi. Vid. Tab. XX. Fig. 3.

Tab. XX.
Fig. 3.

86. *Saxifraga Sedi folio flore albo multiflora* Tour. *Sedum ferratum flore albo multiflorum* A. R. P. Hoc nomine insignio *Cotyledonis* speciem, quæ mihi occurrit in descensu Spelugæ; radice est



111

Tab. 27



Samuel Schrank's Handbuch der Naturgeschichte der Pflanzenwelt in Bayern



Ranunculus acris L.



Sumptibus D. Samuelis Dale, Pharmacopæi Brantriensis.

est crassiuscula, fibrosa, é qua surgit caulis crassus, canaliculatus, rubens, hirsutus; ab imo fere ad summum floriger, & foliosus, ut ex foliorum alis prodeant pediculi rubentes hirsuti, onusti floribus aliquot pentapetalis, albis. Radicem coronat umbilicus foliorum crassorum, viridium, ferratorum, quorum extima & ima sunt duos, tréve digitos longa; unde existimo, esse hoc *Sedum montanum majus folio serrato* Aret. Descr. Stocchor. *Sedum serratum majus foliis trium, quatuorve unciarum* J. B. *Sedum Pyrenæum serratum longifolium* Hort. Blæs. de quibus dubitat *Rajus* an sint *Sanicula montana longifolia serrata* C. B. item *Sanicula Aizoides foliis serratis multiflora* Herm. *Sedum serratum flore albo multiflorum* Dod. Mem.

87. *Saxifraga muscosa trifido folio* Tour. *Sedum Alpinum trifido folio* C. B. Idem mihi videtur cum *Sedo tridactylite Alpino minore* C. B. de quo ante. Respondet sanè *Clusianæ* Descriptioni, & *Baubiniane*. Muscosa est Planta, & ad tactum viscosa. In Septimo Monte reperi.

88. *Sedum Alpinum minimum foliis cinereis, flore candido* J. B. *Sedum Alpinum album foliolis compactis* C. B. Junxi, nec fortè abs re, *Saxifragæ Alpine minime, foliis castis deorsum incurvis* Tour. Descriptionibus *Baubinianis* & *Clusianæ* addo, folia, quæ omnino confertim sunt congesta, & in extremitatibus suis reflexa, cinerei esse viroris, quoniam in supernâ eorum parte minutæ conspiciuntur binis seriebus dispositæ maculæ, seu bullæ albæ. In omnibus fere Alpibus Helveticis crescit, Saxis adhærens. Vid. *Tab. XXI. Fig. 1.*

89. *Sedum saxatile atrorubentibus floribus* C. B. *Sedum minimum montanum flore purpurascente, parvo semine stellato* Raij. *Sedum annuum minimum stellatum rubrum* Magnol. Plant. Monsp. Cauliculis lætè incarnatis & rubentibus offendi Saxis insidens in Speluga Monte. De hac plantula notandum, flosculos florum non esse atro-rubentis coloris, sed tenuia petala albida, ad umbilicum flava, conceptacula seminum minorum, quibus sunt referta, stellæ in modum disposita, crassiuscula, atro-rubentia, vel viridia, punctulis rubris conspersa: Singula interstitia vasculorum seminalium munit foliolum itidem crassum, quod calycis vicem sustinere videtur.

90. *Sedum majus montanum foliis non dentatis, floribus rubentibus* C. B. *Sedum montanum latifolium flore purpureo* J. B. *Sedum Alpinum 14. sive rubro magno flore* C. B. Descriptionibus jam notis

notis adde, quòd umbilicus foliorum antequam sese in caules expandat, tomento reticulato plerunque sit obfitus, unde idem autumo cum *Sedo montano tomentoso* C. B. five *Sedo rubro montano* γρασυλάδες Col. quibus jungo *Sedum tomentosum montanum minus* Tour. *Sedum montanum roseum reticulatum* Barr. Icon. Omnibus fere Saxis innascitur.

91. *Sedum muscosum* J. B. *Sedum montanum perpusillum luteolis floribus* Park. refero ad *Saxifragam Pyrenaicam minimam luteam Musco similem* Tour. vel etiam *Saxifragam Pyrenaicam luteam minimam*, *Sedi foliis densissimè congestis* Ejusd. sed non minori jure ad *Sedum Alpinum Saxifragæ albæ flore, vel grandiflorum* C. B. five *Sedum minimum Syriacum luteolo flore Saxifragæ albæ* J. B. *Sedum Alpinum* IV. Fr. Gregorij Rheniensis Col. imò & *Sedum minus Alpinum luteum nostras* Raij, cui certè in omnibus convenit nostra hæc Plantula, nisi quòd singuli cauliculi unicum duntaxat gestent florem. Apices habet staminibus infidentes croceos, calycem viridem pentaphyllum. An bene conjectaverim, nec ne, Tab. XXI. Fig. 2. inspectio palam faciet. In Septimi Montis, aliarumque Alpium Rhæticarum Jugis sub Cespitum formâ Saxis adhærescit.

Tab. XXI.
Fig. 2.

92. *Serpillum saxatile hirsutum Thymifolium nanum flore rubello* Bocc. Mus. p. 108. T. 89. Saxis instratum passim in Alpibus offendi. Non videtur mihi hæc species differre à *Serpillo angustifolio hirsuto, vel montano repente hirsuto* C. B. *Serpillo item angusto, lanuginosoque folio* J. B.

93. *Tanacetum Alpinum odoratum* C. B. *Millefolio Alpino affinis planta, quibusdam Iva Moschata* J. B. Prægalliensibus in frequenti est usu ad secundinas Vaccarum promovendas, & alios Bestiarum affectus curandos, in morbis item Mulierum frigidioribus, diarrhoeâ, ventriculi imbecillitate; nec absque causa, & effectu satis felici; pollet quippe Sale volatili acri oleoso, quod ad dissolvendos humores pituitosos non potest non esse efficax, hanc autem particularum aromaticarum præsentiam indicat ipse totius Plantæ odor & sapor acris. *Herba de Munt* vocatur Soliensibus, *Iva* aliis. Crescit in Montibus Prægalliensibus & Engadinensibus. Vid. Tab. XXI. Fig. 3.

Tab. XXI.
Fig. 3.

94. *Thlaspi Alpinum folio rotundiori carnosio, flore purpurascente* Tour. conjunxi ante annum *Thlaspi rotundo folio* C. B. In Montis Flimsensis, Segnas Rhætis dicti, summo jugo.

95. *Thlaspi*

95. *Thlaspi foliis Globulariae affine, sive Alsinifolia cum Myagri foliis* J. B. In Septimi Montis summis Jugis. Descriptioni convenit, sed cauliculos habet vix unciales, aut ad summum fescunciales.

96. *Trifolium Alpinum flore magno, radice dulci* C. B. In Alpibus Rhætici ubivis copiose crescit: Folia aliquando ex averſa parte sunt punctis, seu maculis nigris insignita; flos purpurâ est nunc intensiore, nunc dilutiore: Haud abs jure audit *Trifolium Alpinum Rheticum Astragaloides* J. B. quamvis & in Helveticis Alpibus editioribus fit obvium.

97. *Turritis foliis caulem ambientibus polyceration,* quam in Montibus Luccensibus invenit *Boccone Mus. p. 49. Tab. 41.* ego verò ad radices Galandæ Montis collegi. Radice est albâ, lignosâ & fibrosâ, e qua erecti surgunt caules teretes, glabri, non ramosi, vel supernè saltem tripartiti, quatuor vel quinque foliis alternatim vestiti, integris, oblongis, ex latiori basi, quæ caulem amplectitur, in obtusum mucronem terminatis, raris ad margines pilis obſitis, subinde etiam dentatis: Dimidium caulem occupant flosculi albi, tetrapetali, quorum styli abeunt in filiquas copiosas, erectas, tenues, unciales, amœno splendore virentes, seminibus refertas minutis.

98. *Veronica spicata angustifolia* C. B. *Veronica spicata minor* Ejusd. *Veronica spicata recta major & minor* J. B. Jungo *Veronicam majorem angustifoliam caulibus viridibus* Ejusd. In paucis Alpibus Rhætici passim.

99. *Viola montana tricolor odoratissime* C. B. quam invenimus in Valle Vettensi Sarunetum, & non procul Richenoviâ, ad semitas, respondet descriptioni *Clusianæ Pann. p. 358.* nisi quòd mixtura colorum variet, & suprema quidem petala aliquando sint nivea.

100. *Viola Alpina purpurea exiguis foliis* C. B. *Viola montana purpurea solidiore folio* J. B. Floribus mihi occurrit cœruleis potius, iisque peramœnis, in Septimo Monte. Eadem mihi videtur *Viola montana cœrulea tricolor folio subrotundo crenato* Barr.

101. *Virga aurea montana minor* Bocc. *Mus. p. 169. Tab. 18.* In Speluga. Radicem habet, nodosam crassam, in fibras longas terminatam, quæ purpureo colore sunt vestitæ. Folia ad radicem prodeunt plura longa, ad radicem purpurascencia, ferrata,

© TYPIS FORTIS

HELVEVICUS

SIVE


ITINERIS ALPINI

Description Terrarum

ANNO MDCCLV

Auctore

JOHANNI JACOBO SCHNEIDERO
Med. Doct. Tyris, & Societas Regis Land-
gravi Socio.



LONDINI Anno MDCCLV

ΟΥΡΕΣΙΦΟΙΤΗΣ
HELVETICUS,
SIVE
ITINERIS ALPINI
Descriptio Tertia
ANNO MDCCIV.


Authore

JOHANNE JACOBO SCHEUCHZERO,
Med. Doct. *Tigurino*, & Societatis Regiæ *Londinensis* Socio.



LONDINI, Anno MDCCVIII.

INCLYTA
REGIA SOCIETAS
LONDINENSIS



Anna Wasera Tigurina fec.

Jos. Nutting Sculp.

Sumptibus D. Isaaci Newton Equitis Aurati, Societatis Regalis Praesidis, &c.

THE
REGIA SOCIETAS
LONDINENSIS

Printed by W. Stanger, Stationer & Printer, No. 10, St. Dunstons Church Lane, London.

ITER ALPINUM TERTIUM.

PER ILLUSTRÉS NATURÆ CONSULTI,

Tertium vos interpello, VIRI, PRÆSIDES & COL-
LEGÆ, Authoritate, Nobilitate, & Eruditione omnige- *Introductio.*
nâ graves, rationem redditurus de meis in Historiâ Natu-
rali Patriâ profectibus, imò verò soluturus tacitam quandam ob-
ligationem, in quam Authoritate Vestrà deduxistis omnes, qui
Naturæ Studio operam navant, me speciatim, cui hoc grave onus
intuitu Helvetiæ nostræ incumbit, cuiq; Vos Ipsi Receptionis ho-
nore nuper in me indignum collato destinastis. Accipite eodem,
quo duo priora Itinera, vultu hoc tertium. Subjecistis me Inclyto
Vestro Corpori, en Tributum á Subdito jure petendum, Collegâ
Vestro haud indignum; Tributum, si in tam Illustri Confessu
licet μεγαλοφρονῶν, haud leve, nec modico sumtuum & sudoris
dispendio comparatum, & conquirendum porro. Sisto Aræ vestræ
Montes, Valles, Flumina, Cryptas, Aquas, Meteora Helvetiæ, &
quicquid latè fatis patens hic Angulus Mundi in superficie sua
ostentat, aut in sinu gerit; me tandem ipsum, & studia mea, ut-
cunq; tenui adhuc pendentia filo. Quid desideratis amplius? Sed
ad rem, ne verborum Lenociniis Vos demulcere videar.

Traxerunt me Mense Julio labentis Anni 1704. ad Thermas
Fabarias, veluti ad sacram Anchoram, Obstructiones, quas inde *Itineris occasio.*
ab aliquot Annis sensi in Partibus Capitis exterioribus cutaneis &
glandulosis, cum tensionis non levi incommodo, tum præcipuè
oborto, quando Luna lumine suo vel splendebat integro, vel al-
bescebat Nova. Eò autem usque sese protraxit malum, ut non
tantum frontem subinde cum tota Capitis cuti corrugare habuerim
neceffe, sed gravia senserim Hemicranix præludia, quæ afficiebant

dextrum oculum cum vicinis Fibris tensionis cujusdam, vel retractionis dolorificæ sensu, appetitu tunc præsentem vel nullo, vel exiguo, aliquando etiam Nauseâ & Vomitus. Horum Symptomatum causam rejeci in impeditum Sanguinis per Capitis exteriora fluxum, quatenus Spiritus Animales intrò ad Animæ Sedem per continua varii generis Studia vocati minori cum vigore fibras exteriores potuerunt irradiare, unde suboriri debuit Sanguinis ipsius motus per tubulos extremos in motu oscillatorio debiles tardior; & tarditatem hanc sequi tum obstructions Glandularum cutanearum, tum etiam à levi occasione irregularitas motus in oculo, facièq; dextrâ, quæ debilior fortè finistrâ Sanguinis per dextri Capitis fibras impeditum fluxum, impetuosiore nimis sufferre non valuit, sed tensa, & in tubulis infirmis sanguine fuit per vices, vel occasione errorum in Diætâ commissorum repleta. Hocce gravioris, & duraturi quidem mali prænuntios, ut fugarem, in usum traxi internum salubres in id genus affectibus Piperinas undas, de quarum fonte potavi singulis ferè manè per totum ferè Julii Mensis decussum Libras 5. vel 6. Medicas, cum infecuto Vertiginis cujusdam stupido sensu, qui ante Meridiem duravit tamdiu, quamdiu Aquæ tubulos Cerebri arteriosos pervagando distenderunt, ac proinde nervosas Fibras comprimere aliquatenus valuerunt. Cessavit enim ex parte hoc plerisq; *ὁ δὲ ἐν γένεσι κείται* commune Accidens, evacuato per vias Urinarias hospite peregrino; prorsus autem, ex quo bibere desii: Quid autem de malo Capitis primario futurum sit, *Θεὸς ἐν γένεσι κείται*. Det DEUS his quoq; finem!

*Thermarum
Favariensium
Examini.*

Toto, quo Favaræ fui, tempore, in id præprimis incubui, ut explorarem Naturam, Qualitates, & effectus Thermarum, quæ sui similes vix in Orbe habent: nec, ut spero, irritò planè successu. Commiserunt, ni fallor, quotquot hætenus de Piperinis his Thermis scripserunt, vel eas examinârunt, fallaciam non causâ, ut causâ; præsupposuerunt omnes contenta in illis Mineralia, quæ tamen hariolantes potius determinârunt, quàm verè demonstrârunt. Nemo unquam in dubium vocare ausus fuit, quòd Mineralia sint hæc Aquæ: Vel solus Aquis insitus Calor, omnem dubitandi ansam præcidit, in eorum præprimis animis, qui Thermarum Calorem ab effervescencia contrariorum Mineralium deducunt. Omnes hinc in id solum suas intenderunt cogitationes, ut Mineralia definirent, de τῷ δόξει magis, quàm de τῷ ἔσει solliciti. Ipse ante annum his aliorum Vestigiis insistens, & insuper tumultuariis quibusdam Experimentis *ὁ δὲ ἐν ἀπόδειξι*, & raptim, factis nixus hoc de Minerali virtute Aquæ præjudicium deponere nondum potui, necesse nunc

nunc habens retractare aliqua, quæ in ultimo meo Itinerario statui; quamvis & ibi dubii animi propalârim indicia, plenius nunc explicanda, ut suis reddatur Aquis honos, eaq; restituatur, quæ gaudent, simplicitas. Non una me movet ratio, ut statuam, Mineralia Piperinis Aquis vel deesse, vel saltem non eas largiri virtutes, quas in curandis Morbis, & conservandâ Sanitate exerunt.

1. Profluunt limpidissimæ, omni colore, sapore, & odore destitutæ; dulcedo aliqua, quam sentire se putant potatores aliqui, non huic Aquæ soli est propria, sed tepidæ omni communis.

2. Omnium proin gustui est accommoda, quoniam ἀραια est, & omnium Organa ex æquo, id est, nullis Sulphuris, Salium, aliorumve Mineralium figuris afficit.

3. Ex infusione varii generis Liqueorum, vel Pulverum, Aq. Fort. Tinct. Tornæsol. Succ. Berber. Syrup. Violar. Acet. destill. Spir. C. C. Spir. Vitriol. Spir. Vini Camphorat. Crocat. Eff. Castor. Mixt. Simpl. Tinct. Mart. Tartarifat. Spir. Menth. Spir. Sal. Armoniac. nulla subsecuta mutatio, licet steterint Infusiones singulæ per biduum. Ex affusâ solutione Merc. Sublimat. nullam sensi repentinam mutationem, mox tamen apparuit in superficie Cuticula pavonaceis Coloribus pulcherrima. Ex Ol. Tartar. p. d. nulla pariter subsecuta alteratio subitanea, nisi quod pelluciditas obscurari visa fuit; post aliquot horas demisit sese ad fundum nubecula circularis alba, reliquo Liquore manente diaphano: Sic quoq; aliqualem induxit albedinem Tartar. Tartarifat. Ludovici. Tinctura rubra, quam ipsi conciliavit Tinct. Ros. rubr. disparuit mox, ut Aquæ sua redierit claritas. Leves hæc sunt mutationes, etiam in Aquis fontanis frigidis, calidissive obviæ.

4. Ante annum graviorem comperi hanc Aquam Piperinatam Pluviali, nunc autem ope exactioris Libræ, & iteratis vicibus tum calidam, tum frigidam ejusdem deprehendi specificæ gravitatis cum Aquâ Pluviali, destitutam proin judico particulis gravioribus quibusvis, vel saltem non ita imprægnatam, ut inde effectus deduci possint. Ejusdem ferè cum Aquâ Pluviali ponderis invenio passim Aquas Alpinas fontanas, quas proin habeo pro destillatis purioribus, imò & pro talibus non tam bibunt, quàm ingurgitant Alpicolæ, & peregrinantes quivis absq; ullo damno. Calidam Fabarianam grano dimidio, vel unico, leviolem invenio frigidâ in massâ septem ferè drachmarum, quod rarefacto in poris Aëri adscribo.

5. Non ulli sublimantur Flores, non innatat Aquæ Cremor, non accrescit ad parietes, vel Aquæductus, Tofus, non præcipitatur Crocus.

Iter Alpinum Tertium.

Colligo hinc, prævalere has Piperinas Aquas aliis, seu fontanis, seu Mineralibus, majori puritatis gradu. Huic si addas calorem moderatum, & palato haud ingratum, atq; insuper particularum. Aquas has componentium majorem fortè præ aliis subtilitatem, & exiguitatem, haud, opinor, difficulter solves Phænomena obvia, explanabis effectus, quos præstant tum præservatorios Sanitatis, tum curatorios Morborum. Nonne ex omnium saniorum mente Sanitas ipsa consistit in debita humorum crasi, spirituum haud impedito, & æquali in omnes partes influxu, solidarum fibrarum tono, liquidarum deniq; & solidarum partium æquilibrio? Et consequenter morbus in vitiato humorum & spirituum motu, consistentiâ & compositione mutatâ, auctâ vel imminutâ fibrarum tensione, sublato partium totius Machinæ Hydraulico-Pneumaticæ Æquilibrio? Nonne verò hæc omnia contingunt ex Obstructionibus, quæ solæ replere valent Pandora illam Pyxidem, omnium malorum dives Promptuarium. Jam verò quicquid agunt Faba-riæ Thermæ, seu intus adsumptæ, seu extra adhibitæ, omne id agunt referendo Obstructiones, quatenus particulæ harum Aquarum subtiles, caloris adminiculo volubiliores redditæ sese mox, largiùs haustæ, insinuant in Vasorum lacteorum oscula, imò mox totum perreptant Massæ Sanguinæ Circuitum, minimos singulari facilitate perfluunt tubulos, materiam viscidam tartaream in iis hærentem incidunt, abstergunt, ac secum ad urinarias vias vehunt, & educunt, hoc autem opere peracto fibris tonum, paucis quidem in loco ipso, plerisq; absolutâ potatoriâ curâ restituunt; quamdiu enim ingurgitamus salutes has Lymphas, flaccidior manet, & fit tonus, ut crurum robur, imò haud rarò totius Corporis firmitas labascet, quæ finitâ potatione domi demùm redire solet magno cum Sanitatis emolumento. Quibus hæc visciditates, Obstructionum causæ, à solo Aquarum poru attenuari, & evacuari satis nequeunt, illis insuper prodest usus externus, quatenus per balneationem pori peripheriæ magis aperiuntur, fibræ blando undarum tactu laxantur, visciditates ipsæ terrestres resolvuntur, & partim per poros Cutis, partim verò per urinarias vias evacuantur. Pluribus hæc possem corroborare tum rationibus, tum Exemplis, si è re foret, & loci angustia id concederet. Non spernanda hæc, nova licet, videbitur de Virtutibus Piperinarum Thermarum Hypothesis, quibus structura Corporis nostri per Anatomem nota est, imò quibus Principia facilia, pauca, indisputabilia, Philosophiâ Corpusculari & Experimentali nixa, præ compositis, confusis, implicatis, conjectaneis, longè quæsitis placent. Invenit non ita pridem Zacharias Damur, Curiâ Rhætus, per Experimenta Basileæ facta in



Tab. III

Das Bild zeigt die Landschaft von ...



Tab. III.

Sumptibus D. Jonathani Blackwell, Armigeri, Societatis Regiae Sa




Tab. II.

Pl. 3.



Sumptibus D. Johannis Percivale Barmetti, Societatis Regalis Socij.



Tab. I.

Iter. 3



*Sumptibus Honoratissimi D. Godefridi Copley Baronetti
Societatis Regalis Socy.* —

Iter Alpinum Tertium.

fundo Cucurbitæ ex destillata 1 ½ mensura Aquæ residua grana quinque pulveris Alcalini, argillacei, albicantis, subsalsuli, quem putat nitroso-aereis subsalsis, blandis, minimè corrodentibus, volatilitate summâ præditis particulis amicissimè sociata, & affuso Nitro aliòve acido Spiritu effervescentem in vesiculis omnis causam existere. Diff. Inaug. de Therm. Fabar. 1704. habit. Thes. 17. 19. Quomodo verò exin probari possint effectus Aquæ Favarianæ supra deprædicati, non video. Pergo interim ad alia, quæ circa Thermas hæc in omni Regno Naturæ offendi, & primum quidem, quæ de Aquæductum miro τεχνήματι tum observavi, tum delineavi.

Exhibet *Tab. I.* Aquæductuum & Ponticulorum extremos ab *Tab. I.* A. ad B. & C. terminos, cum vicinarum Petrarum, quæ é regione domûs sunt, prospectu, & Taminnæ Torrentis O. spumante decursu. Ad B. effluit Aqua á Potatoribus pro lubitu haurienda. Ad C. influit in Balneatoria. Ad A. pergit Aquæ Canalis per Saxorum anfractus, ad ipsos Petrarum Parietes veluti pensilis.

Tab. II. sistit Scenographiam ipsius Domûs, prouti ex *Tab. I. Tab. II.* ponticulo Liter. D. notato visitur, ubi S. exhibet Meridionalem ipsius Habitaculi, in quinque Contignationes distincti, faciem: Prima, & suprema, ex his Contignationibus vocatur *Der obere Boden*; secunda *Der Capellen Boden*, quòd ibi Sacra sua peragere soleant Pontificii; tertia *Der Kuchen Boden*, á Culinæ præsentia; quarta *Der Laternen Boden*, quòd ibi Lanterna de nocte accendi soleat; ultima *Der Bettler Boden*, ubi Mendicantes, aliique ex facie Populi homines locari solent. T. ostendit Porticum, *Die Trincklaube*, ubi Potatores & Potatrices deambulare solent. U. Culinam pauperibus destinatam, *die Bettler Kuche*. W. Locum, ubi Calycibus infunditur, & hauritur Lympha. X. Porticui ambulatoriæ subjecta Balnea, pro virili Sexu unum, pro sequiori alterum. Z. Deniq; Latrinas quinque, ferie justâ juxta invicem positas. C. Situm Ponticuli, qui Januâ c. clauditur, & Aquæductûs adjacentis, utriusq; etiam substructiones Saxi innixas. E. E. petrosas Montium vicinorum moles. E. Taminnæ Torrentis defluxum. A. B. C. Aquæductuum & Ponticulorum ultimum progressum, in *Tab. I.* plenius conspicuum.

Tab. III. Delineat Aquæductûs ad interiora progressum, ubi, *Tab. III.* uti quoque in *Tab. I. IV.* admirari lubet Canalium ipsorum substructiones, quæ trabeculæ sunt partim substratis Saxi fultæ, partim Saxi ipsis ad aliquot pedum profunditatem immersæ; porro Saxorum imminentium, & sese desuper claudentium, á 20. ad 100. & 200. pedes altum horridumq; aspectum, horridiorem tantò, ubi

per fissuram, vel aperturam quandam illabens lumen periculum, in quo versamur, detegit, & rudem atq; inordinatam Saxorum ruinam minitantium, varièq; coloratorum Architecturam manifestat, uti quoq; in *Tab. V. VII.* Jucundam admirationem insuper præbent Saxorum undulata, & passim complanata superficies, Taminnæ quondam desuper fluentis, & parietes petrosos elavantis manifesta vestigia: Terrorem deniq; incutit Taminnæ infra ponticulum cum strepitu profluentis spumans aspectus, qui Vertiginem inducit facile transeuntibus, eosq; sic in discrimen vitæ, si pedibus vel patrum vacillarent, conjicit.

Tab. IV.

Tab. IV. Ulteriorem sistit Ponticuli, & Aquæductuum progressum.

Tab. V.

Tab. V. Eundem prospectum remeantibus obvium, ubi lumen desuper per apertas veluti Petrarum fenestras illabitur.

Tab. VI.

Tab. VI. Extremam ferè sistit Aquæductuum & Ponticuli ambulatorii, petrarumq; utrinq; erectarum faciem, ubi singulatim notari meretur *A. A.* Sinistrum latus *B.* connectens cum dextro *C.* & cavernâ *D.* in quam tempore hyberno deponuntur Canales aquam vehentes, ut ab injuriis Hyemis, & Saxorum deciduorum maneat tuti.

Tab. VII.

Tab. VII. Eundem exhibet, sed à ponte *A. A.* retrospectantibus visundum prospectum.

Tab. VIII.

Tab. VIII. Deniq; Specum ipsam, & ultimam sistit, in profundo & horrido Saxorum barathro demersam, unde fumum ascendentem, Thermarum latentium indicem, primum observavit Auceps. Cavo Petræ *A.* inclusus est Fons ipse, seu Scaturigo Thermalis, clausa probè Ostio *B.* Ex hoc Fonte profluit per Canales subterraneos *D. D.* salubris unda, quæ porrò ad Saxorum parietes, eo, quem hætenus delineavimus, modo ulterius ducitur ad ipsam in *Tab. II.* depictam Balneatoriam æque ac Potatoriam Ædem. Jucundissimum in horrido Antro Spectaculum sistit ex alto delabens Taminnæ Torrentis *E.* aspectus, qui mox infra Saxa se abscondit, & rursus in *F.* haud procul à Scaturigine spumans profluit.


*D. Magdalene
figura in rupe
à Naturâ deli-
neata.*

E Regione Domus Orientali ad rupem excelsam coloris subcærulei Natura venis albis Mulieris figuram flexis genibus ad mensam procumbentis, ac retrò se Crucis figuram habentis depinxit: *S. Mariæ Magdalene nomine eam vulgò indignant.* Miror, quòd tam positivè hos Naturæ lus Sanctæ nomine expresserit *Wagner. Helv. Cur. p. 328.* quum tamen nemo ex albidis his subcæruleum Lapidem perreptantibus venis Mulieris figuram agnoscat, nisi qui adversa nobis Religionis præjudiciis est imbutus, aut miraculorum


Tab. IV.



Sumptibus D. Salway Winnington, Armigeri



Capitulum V. Tab. V. Minnington. C. 1. 1.



Sumptibus D. Roberti Balle, Armigeri.



Illustration of Robert Ball's Travels

Tab. VI.

Itz



*Sumptibus D. Thomæ Isted Armigeri, Societatis
Regalis Socij.*

Tab. VI.



Expédition de l'armée de la République
dans le département de la Savoie
—



Sumptibus D. Thomæ Whalley, A. M. Coll. Oriel. Oxon. Socij.

Tab. VII



Tab. VII. Anatomia Corporis Humanus. A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. U. V. W. X. Y. Z. A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. U. V. W. X. Y. Z.

Tab. VIII.



Sumptibus D. Dixon Coleby, A.M. e' Coll. Merton. Oxon.

114



Handwritten text at the bottom of the page, possibly a signature or a title, which is mostly illegible due to fading and bleed-through.

Tab. IX.



Sumptibus D. Georgij Stubbes, A.M. Collegij Exoniensis Oxon. Socij.

Iter Alpinum Tertium.

lorum fictitiorum splendore occæcarus. Mirum hoc, si credere fas est, *φαιλόχρημα* exhibet *Tab. IX. Fig. 1.*

Tab. IX. Fig. 1.

Subflava & rubicunda Terra Sigillatae similis, quæ in Scaturigine Thermarum Saxo immersa invenitur, unde quidam, tanquam à Terrâ Solari, virtutes Aquæ accersunt, inde potius venit, quod ab æstuante Aquâ Saxa vicinia recludantur, eorum compages friabilis reddita solvatur, ut Terreæ particulæ Siliculis antea immixtæ, nunc extraversæ sub conspectum veniant. Quinimò à perenni calore ita excoquitur hæc Terra, ut Saxo sub Tosi pertenuis specie adhærescat.

Terra sigillata.

Prope eandem Scaturiginem decerpsi frustum fissilis Lapidis subcærulei, venis albis pulchrè pertextum, parietibus suis claudens Quartzum candidum.

Fissiles Lapidet.

Quartzum.

Prope Ædem Fabarianam finduntur pro extruptione novi, atq; commodioris, necessarij maxime, habitaculi, Saxa nigri coloris marmorea, quibus mediis immersa vidi Lapidum Figuratorum haud obscura vestigia: *Conchitam* pectiniformem dense striatum, atq; contortum; *Stricturas* item *Lentium Lapidearum* seu *Fruentalis Lapidis Imperati*, de quo fusiùs egi in *Specim. Lithograph. Helv.* p. 30. 31. &c. & in *Όυροσκόπιτ.* Ann. 1702. p. 4.

In Saxis Marmoreis Lapidum Figuratorum vestigia.

È Fissuris ipsis Marmorum procreseunt *Crysalii* hexagonæ parvæ, sed & *Fluores Selenitici* octaedri & hendecædri, Lentibus ferè similes, quarum hedræ tres utrobique in Pyramides coeunt, reliquæ latera claudunt. Vid. *Tab. IX. Fig. 2.*

Crysalii.

Fluores.

Tab. IX.

Fig. 2.

Fluoribus autem his Polyhedris substernitur crusta Martialis crocea, quæ ipsos Fluores passim subfusco colore tingit.

Valentiam inter & *Thermas Fabarias* est *Fissilis Lapis*, seu *Ardesia* cinerei coloris, friabilis; ast altiori loco, *Valentiam* inter & *Montes*, quæ *Graue Horen* vulgò dicuntur, durior nigra illi ferè similis, quam ex *Glaronensi* Ditione in plerasq; *Europæ* Regiones devehunt. Locum autem hunc, ubi *Lapides* hos *Fissiles* collegi, *Barometri* subsidio altiorem comperi *Thermis Fabariis* 1200. pedd.

Fissilis Lapis.

Circa *Fabarias Thermas* pererrant *Alpes summas Galande, Cornuum griseorum, Sanoi,* & aliorum *Montium*, ingenti copiâ *Rupicaprae*, de quibus hæc, quæ sæpe earum carnes gustavi, occasione aliqua afferam, quæ in *Collectaneis* meis reperio, & *Historiæ* horum *Animalium montivagorum* complendæ, vel illustrandæ saltem, conducere valent.

Rupicaprarum

De *Αρυάγος* his, quas *Rhæti Chiamuotsch* appellant, inter alia hæc scribit *Gesner. de Quadruped. Lib. I. p. 321.* *Conveniunt sæpe circa petras quasdam arenosas, & arenam inde lingunt, ut*

unctus ad Saxa.

Saxa.

vil-

villatica pecora salem, quo lingua inertem pituitam defricent, & excitent appetitum. Qui Alpes incolunt Helvetii, hos locos sua Lingua Sulzen, tanquam Salarios, vel Halopegia appellant. Circa hos occultant se Venatores cum bombardis, & pro more accedentes Capras ex improvise ferunt. Wagnerus Hist. Nat. Helv. p. 183. Nitro imprægnatas petras memorat, quas adeant Rupicaprae. In Alpibus passim invenias talia loca, ita per longi temporis decursum à Linguis Bestiarum exesa, ut Saxa ipsa videas excavata; Glück Rhæti vocant, Gläronenses & alii Lackinen, Sultz-Lackinen. Sunt autem hæc Saxa non, vel rarissime Sale quodam imprægnata, sed laxiora, arenosa, ut arenam inde, veluti delicias facile abligurire queant. An verò id fiat ad appetitum excitandum, vel pituitam ex Linguâ defricandam, vel, quod conjecto, digestionem promovendam nunc non definio: Certum hoc est, quòd obviam quamvis terram vel fabulum deglutiant, si loca huic usui destinata desint. Merentur cum Saxis his lambitioni dicatis conferri, quæ refert Plot Nat. Hist. of Staffordsh. p. 151. & tantò lubentius huic loco inferam, quòd Nitrum Saxis istiusmodi eximant, & ab arenulis solis usum deducant. On the Banks of the River Stour I was shewn a large Rock, at which it has been observed, that Birds do lye frequently pecking and licking it, and 'tis supposed for the Salt they find in it: That many Birds delight in licking of Salt, especially Pidgeons, is very certain, but that there is any in this Rock I must confess I could not find, tho' I endeavour'd it nicely; perhaps they may rather come for a sort of Gravel in this Rock, that may be fitter than ordinary for breaking the Corn that they have eaten, which in such Animals as these, that have no Teeth, is perform'd in the Gizzard by the help of Gravel: Yet neither can I conclude, that there is no Salt in the Rock, because I could not tast it, for I very well know, that most other Animals are nicer in their Senses than Mankind. Quod de Avibus mediantibus arenulis & filiculis, digestionem promoventibus, observant Zoologi, id pariter locum habet in Ruminantibus, quæ inferiori Dentium anteriorum ordine carent, ut illæ omnibus, & proin masticationem peragunt ruminando. Observavimus ipsas Capras & Vacas passim abligurire de Muris, & Terra, quod proficuum ipsis videtur.

Venatio.

Cum in Venatione urgentur, ita pergit Gesnerus l. c. altiùs semper ascendunt, donec nullus ad eas canibus pateat accessus; dico potiùs, hominibus, quandoquidem Canum in hoc Venationis genere nullus est usus.

Captas

Captas aliquando cicurari scribit Gesner. p. 322. non certè de *Cicuratio.*
adultis id asserere potuit, sed juniores intelligere. Capiuntur
autem hæ vel absq; singulari aliquo artificio, si aliquot duntaxat
hebdomadatum sint, & Parentes suos adsequi non valeant; vel,
si paulò provectiores jam sint ætate, sequenti Stratagemate. Ma-
trēm lactantem ubi Sclopeto feriit Venator, humi procumbit,
atq; quatuor pedibus erectam, quantum potest, Matrem sistit.
Hanc videns proles, accedit Lactis alimento fruitura, accedentem
Venator arripit, & ligat, sæpe etiam vinculis solutam retrò curfi-
tantem habet, matrem mortuam humeris gestans. Domi de-
ductus fœtus nutritur Capræ domesticæ Lactē, qua ita delectatur
postmodum & cicuratur, ut cum Grege Caprarum in Pascua
Alpina veniat, indèq; sponte ad Stabula redeat. Aliquando
tamen

Naturam licet expellas furcà, usq; redibit,

grege domestico relicto altiora, & Naturæ suæ convenientiora
 loca petunt, si ætatis sint paulò provectioris.

Gregatim communiter incedunt, socialitate gaudentes, non id *Provedi ratio.*
 tamen absq; aliquo ordine. Ducem habent, quem *Vorthier, Vor-*
geiss, q. d. *Capram præeuntem*, Venatores vocant: Altiori hæc
 consistit loco, & dum reliquæ pabulum demordent, arrectis au-
 ribus attendit ad quosvis strepitus, apertis oculis circumspicit,
 ac si quid vel audiat, vel videat, sibilo acuto, & claro, veluti signo
 dato, omnes monet, ut in fugam se aliorum recipiant. Reliquæ
 interim Capræ vigilantium Militum officio simul defunguntur,
 & post capita erigere solent, quàm bis tæve pabulo quidpiam
 abraferint, nusquam ita securè, nisi per Hyemem, in rupibus
 inaccessis, vel noctu, degentes: Non minùs autem pro prole sua
 sunt sollicitæ, quàm pro se, defendunt illam sæpè sapiùs à Vul-
 turum insultibus, quæ teneros Rupicaprarum fœtus vel unguibus
 suis rapiunt, vel alis priùs percutiunt, ut per Saxorum crepedi-
 nes devoluti corruant: Probè etiam cavent, ne fœtus suos ante
 ad periculosa ducant loca, quàm scandendi & saliendi sint pe-
 riti.

Hybernacula Rupicapris sunt propendentium Saxorum Cava, *Hybernacula.*
 in medio ferè Monte sita, ubi à Labinarum decursu sunt immu-
 nes, & in Cibum quærunt vel Radices Herbarum, vel Sarmenta
 Arborum, vel residuas sub Nive virentes Herbas. Reliquo Anni
 tempore pabulantur in locis apricis, sed ante Solis Exortum, &

post

post hujus Sideris occasum: Interdiu decumbunt in Nive, vel sub Umbris Petrarum.

Ventatio periculosa & laboribus plena.

Tab. IX. Fig. 3.

Qui Rupicapris insidiantur, laboribus plenum, & periculo haud carens, opus habent. Scandenda sunt summa, & abrupta Alpium juga, per cautes horridas, & scopulos aliis inaccessos, per Glaciem inveteratam, Nives induratas, quapropter armati incedunt Instrumentis ferreis Tab. IX. Fig. 3. quæ loris mediantibus Calceorum Soleis adaptant. Evenit haud rarò, ut ad altissimi Saxi parietem perpendicularem consistentes, & vix dimidii pedis basi innixi eò feram adigant, ut hâc angustissimâ, nec aliâ, viâ evadere possit. In angustias tales redacta Rupicapra aut globulo trajicitur ab insidiatore, aut ad id sese resolvit, ut juxta Venatorem transfugiat. In hoc casu qui cautè se gerit, corpus totum Saxo immediatè applicat, ut nullus interstitio sit locus, sic extrâ trajiciens fera redit, salvo manente Venatore, vel ab hoc ipso ad ima præcipitatur, ut propriâ mole ruat, & corruat; quòd si vel minimum spatiolum inter Petram & Venatorem deprehenderit Capra, hoc subingredi tentat tali vi, quæ insidiatorem ipsam deorsum, ad mortis fauces, trudit. Casum hunc sequentibus Rhythmis describit Râbmann Gespräch von Bergen. p. 458.

Das Steinwildpret, Steigt überhöch
 Oder steht in ein felsig loch
 Und über hochste felsen springt,
 Mit List der Fager nachher tringt,
 Und wann er mit geschwinder hand
 Ein Gams getriben an ein Wand,
 Das sie nit weiter weichen kan
 So fahet sie zu trähnen an,
 Und plerret doch, und wispelt nicht,
 So aber emg'ferdt sie durchsicht
 Zwischen dem Fager und der Wand
 Mit starkem sprung sie durchlin rant,
 Und stürzt den Fager in das Thal
 Zu seinem gwissen todesfal.
 Wird aber mit fürsichtigkeit
 Das Gemshier an dem Orth erleit,
 So falt es oft ab felsen hoch,
 Da d' Heüt gmeinlich ganz bleiben noch.

Taceo nunc, eò usq; cogi aliquando Venatores, ut vitam saltu salvere cupiant, calceos exuere, & calcaneum cultro vulnerare necesse

necesse habeant, ut Sanguine effluxo veluti glutine medio parieti alicui adherere, & sic tutius tantò transilire valeant.

Circa Rupicaprarum Venationem hoc insuper memorari mere-
tur, quòd Glaciem inveteratam, colore præsertim cœruleo niten-
tem, nec dum Nive testam non transcurrant; sed infidiatore poti-
us sese sclopeto trajiciendas, quàm lubricæ viæ dedant: Ita ac-
cidit ante paucos annos *Georgio Schanio*, Novenensi Rhæto, ut ad
Rheni Posterioris Scaturiginem, & Gletscheri maximi (qui ad
Milliare in longum, dimidium in latum, & centenos aliquot pedes
in altum se exporrigit) radices spatio unius horæ Rupicapras tres
transfixerit.

Id porrò monent Rupicaprarum Venatores seipsos, & alios, ut
adversis Ventis prædæ inhient; venti enim ab infidiatoribus veni-
entes, & feras adspirantes, effluvia simul tum hominum, tum pul-
veris pyrii illuc devehunt, quæ illas commovent, & ad fugam
disponunt. Certum quippe hoc est, odoratu pollere præcellenti,
quem vel Nervorum Olfactoriorum insignis magnitudo arguit.

De *ἄγροπῖς* constans est Venatoribus persuasio, durioris vitæ, *Pila.*
& vix interimendas esse, quæ *Ægagropilas* in Ventriculo gestant, ut
vel hinc Pilarum præsentiam inferant, si globis aliquot lethaliter
transfixæ feræ tergiversentur diu, antequam procidunt. Facilius
meherculè hanc vitæ tenacitatem persuaseris Philosopho, quàm
earundem, vel etiam Hominum ab esu *Doronici*, aut gestatione
Ægagropilarum, impenetrabilitatem. Facile quippe fieri potest,
ut *Ægagropilarum* *Alexipharmaca*, & verè *Bezoardica*, vis majus
Caprarum fibris nerveis, membraneis, & carneis, concilient robur.

Sunt Venatores, qui globulos plumbeos carni Rupicaprarum *Globuli plum-*
infixos studiosè asservant, tanquam excellens diureticum, quod *bei.*
materiam morbi per vias urinarias ægri copiosè & potenter edu-
cat, si Aquam is bibat globis illis affusam. Fides sit penes ex-
pertos.

Τὰυτα μὲν πῆρι τὰυτα. Inserviant, quæ hæctenus de Rupicapris
retuli, Appendicis loco ad Historiam horum Animalium *Gesneria-*
nam, *Aldrovandinam*, aliámve.

Pergo ad alia nova hujus Itineris & Anni observata, quæ con-
fusâ, ut hæctenus consuevi, serie proponam.

Vallenstadium oppidum inter, & Ripam *Lacus* porrigitur per
prata paludosa *Via Romana* Glareâ & Lapillis strata. Talismodi *Via Romana.*
Romanæ munificentia monumentum ad sesquihoram ferè proten-
sum inveni nupero Anno in Comitatu *Badensi*, inter Pagum *Gross*
Tettingen, & *Limagi* cum *Arolâ* confluum: Ultramq; structuram
à nemine, quod sciam, hæctenus descriptam, hæc loci in gratiam

Antiquitatis studiosorum memorare, & Badensem quidem delineare volui *Tab. X. Fig. 1.* Id genus vias, in Hungariâ passim obvias commemorat Illustr. atq; Exc. Comes *Aloysius Ferdinandus Marsiglius* in *Prodr. Oper. Danubial.* p. 25.

Ligna tortuosa. In Monte *Guntzen* supra *Sargansam* observantur Ligna *Fagina* aliis, quæ alibi crescunt, duriora, graviora, & variè intorta, nodosa. Notandum, subjacere illis Venas celebres illas *Chalybis* descriptas in *Ouseotop.* Anni 1703. p. 14. Derivari hoc Phænomenon debet ex principio diverso ab eo, quod explicavi in *Ouseotop.* Ann. 1702. quoniam non alibi in eadem, & majori etiam altitudine Montium observatur: Incolæ ipsi arcessunt hanc Lignorum ferream quasi duritiem à succo nutritiō particulis ipsis *Chalybis* imprægnato, & veluti ferruminato, cui Philosophus haud difficilem præbebit assensum, si Ligna nōrit per macerationes in Aquis *Chalybeatis*, & *Martiatis* duriora reddi, & ferro pene invicta.

Abies. Hæc occasione commemorandum venit aliud Phænomenon circa Ligna, quod jucundas patiter Physico suggerit contemplationes, atque Scrinariis utilitates haud contemnendas. Quod in *Sylvis Glaronensis* Ditionis editioribus crescit *Abietis* rubræ Lignum (*Hochwälder Holz* nostrates vocant) levius est, porosius, operibus quibusvis scriniariis, præsertim Musicalibus aptius; Circuli, quos *annos* vulgò vocant, sunt arctiores, ut ejusdem ætatis Ligna *Glaronensia* angustioris sint diametri, latioris nostra. Rationem exinde derivo, quòd in editioribus Sylvis in poros & tubulos Arborum surgant duntaxat tenuiores particulae, quæ minus etiam spatium in latitudine explent, relictis in fundo crassioribus, & magis resinosis.

D. Martini-Spelunca. Descripsi in *Ouseotop.* Anni 1703. *Speluncam Divi Martini* perforatam, in summo *Flimsensis* Montis Jugo conspicuam: De hac bene conjectat *Rev. D. Wildius*, *Glaronensium* Pastor primarius, eam nominis sui originem trahere potius à *D. Mattheo*, quàm à *D. Martino* (ut sit propriè *Matthislock*, pro quo sensim per infertionem $\tau\epsilon\tau$ exortum *Martislock*) solet autem die huic Sancto consecrato Sol per illam comparere.

Pseudadamant. In *Ouseotop.* Anni 1702. p. 3. mentio fit *Pseudadamantum*, seu *CrySTALLULORUM* puriorum Alpinorum, qui reperiuntur *auf dem Auhrig* Ditionis *Suitensis*. Quæ nunc porro de iis observarim, paucis indicabo simul, & delineabo. Sunt ex his Lapillis pleriq; equidem integri, utrinq; cuspidati, quos $\alpha\mu\phi\acute{\iota}\chi\alpha\iota\varsigma$ nuncupant Græci; aliqui tamen hedris lateralibus vel carent profus, *Tab. X. Fig. 2.* vel paucis sunt præditi *Fig. 3.* vel omnibus quidem, sed iis perangustis *Fig. 4.* Alii hedras habent laterales longiores, & pyramidales,

Tab. X.

Imagus fl.



Gross Tettingen

Sumptibus D. Johannis Thorpe, M.B. Oxon. Societ. Reg. Socij.

dales, ut reliqui *Fig. 5.* alii invicem sunt innati *Fig. 6.* & variè adnati *Fig. 7.* Per *innatos* intelligo, qui in eâdem lineâ rectâ invicem innascuntur, seu, quorum Axes unam constituunt lineam rectam; per *adnatos* autem, quorum Axes angulos formant diversimodè coeuntes. Sunt tandem, quorum corpori alius *Cryſtalli* innati pyramis immergitur, ut reliquam hujus corpus pro peiolo alterius intuearis. *Fig. 8.*

Nunc pergo ad *Observationes Barometrico-Meteorologico-Geometricas*, unde situm *Thermarum Favariensium* respectivum *Barometrica.* quàm prope colligere dabitur.

Die 7. Jul. 1704.

Tiguri horâ 12. merid. fuit Barom. majus 2.

Barometr. Esslingerianum minus simplex 50

duplex 35

Thermometr. maj. 191

minus 80

Hygrometrum 38

quod adeò arguit insignem humiditatis in Aere præsentis gradum, sicut Thermometra caloris.

Secuta est nocte ingruente Pluvia cum Tonitribus & Fulguribus, quæ tempestatem minabantur gravem alibi fortè obortam. Navigabamus tunc in Lacu Tigurino.

Die 8. Jul.

In Vico ad Lacum (*Lachen*) ascendit cœlo sereno Mercurius ad 1. usq; gradum: Mansit cœli serenitas usq; ad Vesperam.

Vallenstadii horâ 7. p. m. Barom. maj. 4½.

Tiguri per totum diem substitit Mercurius in 1.

h. 8. a. m. Barom. min. simpl. 46. hor. 1. p. m. 46.

dupl. 39. 36

Thermometr. maj. 196. 192

min. 58. 77

Hygrometr. 29. 30

Cœlum erat nunc serenum, nunc nubibus obductum, interdum audiebantur Tonitrua. Ante Meridiem spiravit Aquil-Oriens ad Aquilonem, post Occidens.

Ex hujus Diei observatione foret *Lachen* Vicus ejusdem cum Urbe *Tigurina* altitudinis: *Vallenstadium* autem *Tiguro* altius 280. pedd.

Die

Die 9. Jul.

Horâ 5. antemerid. Vallenstadii fuit Merc. 3.

Ragazii horâ 12. merid. 5.

In Thermis Fabariis h. 11. p. m. 10.

Attollebant sese hoc die Nebulæ montanæ in altum, cum serenitate subsecutâ.

Tiguri h. 7. a. m.	Barom. maj.	1.	h. 1. p. m.	$\frac{1}{2}$.
	min. simpl.	48.		45.
	dupl.	41.		40.
	Thermom. maj.	180.		185.
	min.	53.		72.
	Hygrom.	$27\frac{1}{2}$.		30.

Ex hujus Diei Observationibus constaret, *Vallenstadium* superius esse *Tiguro* 160. pedd. & *Ragazium* *Tiguro* 360. *Vallenstadio* autem 200. *Thermas* tandem *Fabarias* *Tiguro* 760. *Ragazio* 360. *Vallenstadio* 560.

Die 10. Jul.

In Thermis Fabariis h. 5. a. m. Merc 10.

Tiguri h. 7. a. m.	Barom. maj.	1.	h. 2. p. m.	$\frac{1}{2}$.
	min. simpl.	45.		45.
	dupl.	40.		39.
	Thermom. maj.	179.		189.
	min.	57.		75.
	Hygrom.	33.		40.

Continuat dies serenus, post meridiem calidus; pergit spirare Occidens.

Ex hodiernâ Observatione forent *Thermæ Fabariæ superiores* *Tiguro* 720. vel 760 pedd.

Die 11. Jul.

In Thermis hor. 8. a. m. Merc. alt. 9.

Tiguri h. 6. a. m.	Barom. maj.	$\frac{1}{2}$.	h. 1. p. m.	$\frac{1}{2}$.
	min. simpl.	28.		45.
	dupl.	43.		39.
	Thermon. maj.	177.		188.
	min.	57.		75.
	Hygrometr.	31.		39.

Con-

Iter Alpinum Tertium.

Continuat serena caliditas, spirat Zephyrus.

Juxta hunc Computum Thermæ forent Tiguro altiores 680 pedd.

Die 12. Jul.

In Thermis hor. 9. a. m. Merc. alt. $8 \frac{1}{4}$.

Tiguri h. 6. a. m. Barom. maj. $\frac{1}{2}$. supra primum h. 2. p. m. item.

min. simpl. 52. 46.

dupl. 50. 37.

Therm. maj. 168. 188.

min. 43. 45.

Hygrom. 39. 44.

Continuat Tiguri eadem Tempestat, idemq; Ventus.

Hodie Thermæ superiores forent Tiguro 700. pedd.

Die 13. Jul.

In Thermis hor. 10. a. m. Merc. alt. $9 \frac{1}{2}$.

Tiguri h. 7. a. m. Barom. maj. $\frac{1}{2}$. supra. h. 4. p. m. c.

min. simpl. 50. 40.

dupl. 46. 30.

Thermom. maj. 176. 201.

min. 48. 50.

Hygrom. 42. 50.

Continuat eadem serenitas Aeris, idemq; Ventus.

Altitudo Thermarum supra Tigurum hodie 800. vel 760. pedd.

Die 14. Jul.

In Thermis h. 5. a. m. $10 \frac{1}{2}$.

Ad radices *der grauen Hornen*, quas conscendi, 25. ubi circa Meridiem cecidit pluvia.

Tiguri h. 6. a. m. Barom. maj. $\frac{1}{2}$. h. 3. p. m. $\frac{1}{2}$.

min. simpl. 43. 55.

dupl. 37. 28.

Thermom. maj. 188. 204.

min. 58. 98.

Hygrom. 41. 51.

Continuat tempus serenum: Spirat Occidens ad Aquilonem.

Hodie Thermæ forent altiores Urbe Patriâ 800. pedd. mons ipse, quem conscendi, Thermis 1140. Tiguro 1940. pedd.

Die

Die 15. Jul.

Hor. 6. a. m. descendit Merc. in Thermis ad $14 \frac{1}{2}$.
5. p. m. 15.

Vesperis oritur Tempesta, ut Wartoviae & alibi in Comitatum Sarunetum ceciderit prægrandi corpore Grando.

Tiguri h. 10. a. m. Barom. maj. 10. h. 3. p. m. $1 \frac{1}{2}$.

min. simpl. 58. 38.

dupl. 25. 28.

Thermom. maj. 193. 200.

min. 80.

Hygrometr. 33. 44.

Tiguri quoq; sub vesperam effunditur Imber cum Tonitru & Fulgure.

Die 16. Jul.

Tiguri h. 6. a. m. Barom. maj. 2. h. 1. p. m. $1 \frac{1}{2}$.

min. simpl. 45. 40.

dupl. 40. 36.

Thermom. maj. 180. 185.

min. 46. 71.

Hygrom. 23. 34.

Cœlum ante Meridiem nunc serenum, nunc nubilum, post autem percalidum.

Die 17. Jul.

In Thermis h. 7. a. m. Merc. alt. 14.

1. p. m. $14 \frac{1}{2}$.

In Cœnobio Favariano h. 2. p. m. 17 $\frac{1}{2}$.

Tiguri h. 10. a. m. Barom. maj. $1 \frac{1}{2}$. h. 1. p. m. $1 \frac{1}{2}$.

min. simpl. 44. 44.

dupl. 35. 34.

Thermom. maj. 179. 185.

min. 68. 72.

Hygrom. 34. 38.

Continuat Cœlum calidum & serenum; Ventus idem.

Ex hodiernâ Observatione Cœnobium altius est Thermis 240. pedd. Tiguro Thermæ 960 vel 1000. Cœnobium ipsum 1240. pedd.

Die

Die 18. Jul.

In Thermis adhibito novo Barometrico Tubo

h. 6. a. m. Merc. alt. $11 \frac{1}{2}$.

4. p. m. $10 \frac{1}{2}$.

Tiguri h. 6. a. m. Barom. maj.	2	h. 12.	2
min. simpl.	44		44
dupl.	36		38
Thermom. maj.	184		173
min.	56		46
Hygrom:	44		37

Spirat Ventus Austr-Anstr-Occidens: Dies pluviosus.

Altitudo hodierna Thermarum 740. pedd.

Die 19. Jul.

In Thermis h. 9. a. m. Merc. alt. $10 \frac{1}{2}$.

Coelum inconstans.

Tiguri h. 10. a. m. Barom. maj.	$1 \frac{1}{2}$	h. 1. p. m.	$1 \frac{1}{2}$
min. simpl.	51		51
dupl.	49		49
Thermom. maj.	151		152
min.	34		36
Hygrom.	20		19

Aer pariter nunc pluviosus, nunc serenior.

Altitudo Thermarum hodierna 720. pedd.

Die 20. Jul.

In Thermis h. 6. a. m. Merc. alt. $9 \frac{1}{2}$. Dies serenus.

Tiguri h. 9. a. m. Barom. maj.	1	h. 5. p. m.	1
min. simpl.	53		51
dupl.	50		45
Thermom. maj.	160		163
min.	46		46
Hygrom.	19		27

Dies nubilus; circa meridiem effunditur pluvia larga. Spirat Austr-Orien-Oriens.

Altitudo hodierna 680. pedd.

Die 21. Jul.

In Thermis Merc. alt. 9. Cœlo sereno.

Tiguri h. 10. a. m. Barom. maj.	1	h. 2. p. m.	1
min. simpl.	51		51
dupl.	49		48
Thermom. maj.	156		159
min.	40		43
Hygrom.	12		9

Dies inconstans: Cœlum sub vesperam serenascit.
 Altitudo hodierna Thermarum 680 pedd.

Die 22. Jul.

In Thermis Merc. alt. 9. Cœlum constans ferenum.

Tiguri h. 8. a. m. Barom. maj.	0	h. 12.	0
min. simpl.	55		50
dupl.	43		41
Thermom. maj.	153		166
min.	38		70
Hygrom.	3		14

Manè nebula; reliquum Diei ferenum. Spirat Ventus idem.
 Hodierna Altitudo 720.

Die 23. Jul.

In Thermis Merc. alt. 9. Cœlum hîc, ut Tiguri, ferenum.

Tiguri h. 7. a. m. Bar. maj.	0	h. 1. p. m.	$\frac{1}{2}$
min. simpl.	52		48
dupl.	50		38
Thermom. maj.	158		171
min.	36		69
Hygrom.	28		29

Flat Aquilo ad Orientem.
 Altitudo hodie 720 vel 760.

Die 24. Jul.

In Thermis Merc. alt. 9. Cœlum hîc & Tiguri constans serenum.

Tiguri h. 10. a. m.	Bar. maj.	0	h. 1. p. m.	0
	min. simpl.	51		51
	dupl.	41		41
Thermon. maj.		171		173
	min.	77		69
	Hygrom.	26		26

Altitudo hodie 720.

Die 25. Jul.

In Thermis Merc. alt. 9 $\frac{1}{2}$. Aer utrobique calidus & serenus.

Tiguri h. 7. a. m.	Barom. maj.	0	h. 2. p. m.	$\frac{1}{2}$
	min. simpl.	50		45
	dupl.	45		35
Thermom. maj.		168		188
	min.	49		83
	Hygrom.	30		40

Altitudo hodie 760. vel 800.

Die 26. Jul.

In Thermis Merc. alt. 10. Cœlum utrobique idem.

Tiguri h. 10. a. m.	Bar. maj.	$\frac{1}{2}$	h. 1. p. m.	$\frac{1}{2}$
	min. simpl.	39		40
	dupl.	31		30
Thermom. maj.		184		188
	min.	84		79
	Hygrom.	36		37

Altitudo hodierna 760.

Die

Die 27.

Iter Alpinum Tertium

Die 27. Jul.

In Thermis Merc. 10.

Tiguri h. 9. a. m.	Bar. maj.	$1\frac{1}{2}$	h. 2. p. m.	1
	min. simpl.	48		41
	dupl.	44		29
Therm. maj.		177		190
	min.	68		87
	Hygrom.	42		47

Cœlum utrobique constans, serenum, calidum.

Altitudo hodierna 760. vel 720.

Die 28. Jul.

In Thermis h. 11. a. m. 10 $\frac{1}{2}$

h. 6. p. m. 10

Vesperis effunditur Imber cum Grandine & Tonitribus.

Tiguri h. 6. a. m.	Bar. maj.	1	h. 1. p. m.	1
	min. simpl.	48		41
	dupl.	44		28
Therm. maj.		175		195
	min.	46		50
	Hygrom.	41		41

Cœlum constans serenum.

Hodierna Altitudo 720. vel 760.

Die 29. Jul.

In Thermis Merc. alt. 10 $\frac{1}{2}$.

Tempus serenum.

Tiguri h. 10. a. m.	Bar. maj.	$1\frac{1}{2}$	h. 8. p. m.	$1\frac{1}{2}$
	min. simpl.	35		43
	dupl.	21		36
Therm. maj.		189		187
	min.	86		56
	Hygrom.	34		45

Cœlum inconstans. Vesperis effunditur Pluvia cum Tonitru & Fulgure. Regnat Venus Austr-Occidens ad Austrum.

Hodierna Altitudo 720.

Die 30.

Die 30. Jul.

In Thermis manè 10 $\frac{1}{2}$. Vesperi 11. Tempus ferenum.

Tiguri h. 10. a. m.	Bar. maj.	1 $\frac{1}{2}$	h. 6. p. m.	2
	min. simpl.	44		44
	dupl.	38		36
Therm. maj.	184		173	
	min.	62	46	
Hygrom.	18			

Dies nebulosus: Vesperi circa horam 8. pluvia cadit cum Tonitru & Fulgure.

Altitudo hodierna 720.

Die 31. Jul.

In Thermis manè Merc. alt. 10 $\frac{1}{2}$. à meridie 10. Tempus pluviosum.

Tiguri h. 10. a. m.	Bar. maj.	1 $\frac{1}{2}$	h. 8. p. m.	1 $\frac{1}{2}$
	min. simpl.	45		
	dupl.	34		
Therm. maj.	181			
	min.	63		
Hygrom.	15			

Cœlum inconstans.

Altitudo hodierna 720. vel 680.

Die 1. Aug.

Ragazii Merc. alt. 7.

Tiguri h. 6. a. m.	Bar. maj.	1 $\frac{1}{2}$	h. 6. p. m.	1 $\frac{1}{2}$
	min. simpl.	48		44
	dupl.	43		37
Therm. maj.	177		185	
	min.	46	57	
Hygrom.	32		33	

Cœlum inconstans. Differentia altitudinis 440 pedd: (quæ suprà fuit 360.)

Die 2.

Die 2. Aug.

Ad Lacus Tigurini principium Merc. alt. $1 \frac{1}{2}$.

Tiguri h. 10. a. m. Bar. maj.	$1 \frac{1}{2}$	h. 1. p. m.	$1 \frac{1}{2}$
min. simpl.	45		44
dupl.	34		34
Therm. maj.	184		191
min.	82		77
Hygrom.	18		24

Vesperis effunditur Imber. Differentia altitudinis nulla, uti quoque suprà.

Altitudo Thermarum Fabariensis. Ex his Observationibus conjectare licet, elevatiores esse *Thermas Fabarias Tiguro* 700 vel 800. pedd. Ecce enim

760	habemus	novies.
720	_____	septies.
800	_____	ter.
680	_____	ter.
700	_____	} semel.
960	_____	
1000	_____	

Cenobii. Porrò, si valeat 760, *Cænobium Fabarianum* altius esse *Tiguro* 1000.

Ragazii. *Ragazium Tiguro* 400.

Vallenstadii. *Vallenstadium Tiguro* 160.

E I N I S.

